feſtũ agẽt tibi. Reliq̄e cogitationũ ſunt
ipſa ſomnia q̄ ſanctis viris accidũt ex
bonis meditatioĩbꝰ quas vigilãdo ha/
buerũt: q̄ g dẽ faciũt deo magnũ feſtum.
Similr̃ veri penitẽtes comedendo va/
dunt ad celũ. iõ comedunt vt fortiores
ſint ad ſeruiẽdũ deo. i. Cor.x. Siue mã
ducatis ſiue bibitis oĩa in gl̃iam dei fa/
cite. ſimilr̃ veri penitẽtes q̄eſcẽdo va/
dunt in celũ. iõ eniȝ q̄eſcũt vt fortiores
ſint ad laborãdũ. ſicut eniȝ mali vtunt̃
ſua fortitudine ad malũ: ſic boni ad bo/
num. Juxta illḋ ꝓphe. pſ. Fortitudinẽ
meã ad te cuſtodiã. B. ¶ Circa ſecũdũ
notãdũ ꝙ illi qui volũt facere pnĩam:
quattuor interdũ picula patiũt̃. ¶ Pri
mo patiunt̃ a diabolo. ſ. tẽtationẽ q̄ ſi/
gnat̃ p vẽtũ cõtrarium. Erat eiȝ inquit
vẽtꝰ ɔtrariꝰ. Jſte eim ẽ vẽtꝰ de quo dr̄
Job. i. Uẽtus vehemẽs irruit a regiõe
deſerti ⁊ ɔcuſſit quattuor ãgulos domꝰ.
Anguli domus quattuor ſunt virtutes
aĩe. ſ. prudẽtia: iuſticia: tpãtia: ⁊ fortitu
do. tũc igr̃ iſti q̄ttuor ãguli ɔcutiũt̃ ⁊ do
mus cadit q̄ñ hõ graui tẽtatiõe pſſus ñ
hȝ vſuȝ illaꝝ virtutũ. nã cadit pruden/
tia q̄ñ hõ nõ pcauet a futuris piculis.
cadit iuſticia q̄ñ nõ ſatiſfacit de culpis
pteritis. cadit tẽperãtia q̄ñ intẽpate vti
tur pſperis. cadit fortitudo q̄ñ nõ hȝ
patiẽtiã i aduerſis. ¶ Scḋm piculũ pa
tiunt̃ in carne. ſ. fantaſmatũ illuſionẽ.
qḋ notat̃ p hoc ꝙ putauerũt eẽ fãtaſma
Sepe enim caro offert aĩe multa fan/
taſmata cõcupiſcẽtiaꝝ. Gal. iij. Cõcupi/
ſcit caro aduerſus ſpũm. ⁊ ad iſtḋ opꝰ
caro hȝ tria adiutoria. ſ. diabolũ q̄ cõ/
cupiſcẽtiã inflãmat. Un̄ Jſa. liiij. Ecce
ego creaui fabrũ ſufflãtẽ i igne prunas
hȝ exteriores ſenſus q̄ ɔcupiſcibilia re
preſentãt. Threñ. iij. Oculus meꝰ depda
tus ẽ aĩaȝ meã ⁊ cũctis filiabꝰ vrbis mee
hȝ vina ⁊ cibaria exq̄ſita q̄ ɔcupiſcẽtie
mãm miniſtrãt. Eph. v. Nolite inebria/
ri vino i quo ẽ luxuria. iõ apl's iſtã talẽ
mãm in ſe refrenabat dicẽs. i. Cor. ix.
Caſtigo corpꝰ meũ ⁊ i ſeruitutẽ redigo.
¶ Tertiũ piculũ patiũt̃ a mũdo. qḋ no/
tatur p hoc ꝙ dr̄ nauis erat i medio ma
ri. Mũdus iſte ẽ mare in quo ſicut in
mari multi abſorbent̃. Un̄ Aug. Amas
ſeculũ abſorbebit te. amatores ſuos no
uit vorare nõ portare. iõ rogat ꝓpha di/
cẽs. pſ. lxviij. Nõ me ɔ̃mergat tẽpeſtas
aq̄: neq3 abſorbeat me ꝓfũdũ: neq3 vrge
at ſup me puteꝰ os ſuũ. Tertio rogat ꝓ/
pheta. ſcilicet aut ꝙ non demergatur:
aut ꝙ non abſorbeatur: aut ꝙ non in/
cludat̃. illi demergunt̃ a ſeculo tempe/
ſtuoſo q̄ cadũt i mortalẽ culpã: ſȝ tñ ad
huc pñt liberari. illi abſorbent̃ in ꝓfun
do q̄ p lõgã cõſuetudinẽ ꝓfundati ſũt.
⁊ iſti ſunt aliq̄ñ a maxima miſericordia
dĩ liberãdi. pſ. lxviij. Dixit dñs ex baſan
ɔuertã ɔuertã i ꝓfundũ maris. Sȝ tũc
puteus os ſuũ vrget ⁊ claudit q̄ñ ꝓfun
ditas peccatorũ aĩaȝ in deſpationẽ deij/
cit. ¶ Quartũ piculũ patiunt̃ in ſtatu p̃
ſentis miſerie in quo ſunt in multiplici
ignorãtia ⁊ in dei impfecta cognitione
qḋ notat̃ p hoc ꝙ dr̄. Erat ſero. C. Jn
pñti eniȝ vita cognitio ẽ ſerotina. i celo
vero ẽ meridiana. i. Cor. xiij. Uidemꝰ
nũc p ſpeculũ i enigmate. ecce cogni/
tio ſerotina. tũc aũt facie ad faciẽ. ecce
cognitio meridiana. in iferno eniȝ erit
cognitio nocturna. Sap. xvij. Nulla
vis ignis poterit illis lumẽ pbere. nec
ſyderũ limpide flãme illuminare pote
runt illã noctẽ horrẽdã. D. ¶ Tertio
ɔtra iſta picula dant̃ penitẽtibꝰ multa
adiutoria. ¶ Primũ ẽ de deo magna fi/
ducia ad quã xp̄s inducit cũ ait: ɔfidite
ego ſum nolite timere. Nullus eniȝ dȝ
fiduciã ponere in ſe ſȝ in deo. qui enim
in deo ponũt fiduciã ſup firmã petram
fundamẽtũ operũ ſuoꝝ ſtabiliunt. ⁊ il/
lud ẽ ɔtra primũ periculũ. ſ. tẽtationeȝ
diaboli. tales eniȝ non timent tentatio
nem diaboli nec grauem ⁊ occultã: nec
grauẽ ⁊ apertam: nec leuem ⁊ aptam.

Mat. vij. Deſcendit pluuia. illud re/
fert ad tẽtationẽ leuẽ ⁊ aptã. ⁊ venerũt
flumina: illud refert ad tẽtationẽ grauẽ
⁊ apertã. ⁊ flauerũt venti. illud refert
ad tentationem grauem ⁊ occultam:
⁊ non cecidit domus. fundata eniʒ erat
ſup firmã petraʒ. ℭ Secundum eſt ora/
tio clamoroſa: qđ notat cũ dicit: ⁊ excla
mauerunt. ⁊ iſtud ẽ cõtra ſcðm piculuʒ
ſ. fantaſmata malorꝫ cogitationũ con/
tra que debemus ad deũ clamare: ſicut
clamat ꝑpha dicẽs. pſ. xxxvij. Miſer fa
ctus ſum ⁊ curuat⁹ ſum vſqʒ in finẽ to/
ta die cõtri. ingre. qm̃ lumbi mei iple.
ſunt illu. Nõ eniʒ poſſumus habere car
nis cõtinẽtiã niſi ꝑ ordẽm deuotã. Sap.
viij. Et vt ſciui qm̃ nõ poſſum eẽ conti/
nens niſi deus det. abij ad dñm ⁊ depre
catus ſum illũ. ℭ Tertiũ ẽ dñice paſſio
nis meditatio aſſidua. qđ notat ꝑ hoc
qđ dr̃ ꝙ oẽs infirmi qui tãgebãt fimbri
am veſtimẽti ei⁹ ſanabant. Veſtimẽtuʒ
xpi ẽ corp⁹ eius. Fimbria que ẽ vltima
ps ẽ paſſio eius. q eniʒ illã tãgit ꝑ deuo
tionẽ releuat ab oĩ tribulatõe. ⁊ illud ẽ
ↄtra tertiũ piculũ. ſ. amaritudinẽ mũdi
ipa enim xpi paſſio oẽs tribulatões dul
corat. Heb. xij. Recogitate eũ qui talem
ſuſtinuit ꝑ peccatorib⁹ aduerſus ſemet
ipſum ↄtradictionẽ vt non fatigemini
aĩs vr̃is deficiẽtes. Greg. Si paſſio xpi
ad memoriã reducit nihil ẽ qđ nõ equo
aĩo toleret. qđ ſignificatũ ẽ Exo. xv. in
ligno miſſo in aquas amaras que ſunt i
dulcedinẽ verſe. ℭ Quartũ ẽ illuſtra/
tio diuina: qđ notat per hoc qđ dr̃ circa
quartã vigiliã noctis venit ad eos. Et
iſtud ẽ ↄtra quartũ piculũ qđ erat igno
rantia. ad illos enim venit ⁊ lumẽ ſue
ſciẽtie infundit. ſ. illis qui ſunt in vigi/
lia. ſicut enim in vita beatorꝫ ẽ tota feſti
uitas: ⁊ vita dãnatorũ ẽ tot⁹ luctus: ſic
vita pegrinãtiũ. ſ. vita pñs dʒ eẽ in vigi
lia: vt ſic de vigilia pueniat ad feſtuʒ. ⁊
iſta vigilia debet eſſe quarta. Jlli au/
tem quattuor vigilias faciunt qui ſu/
as cogitationes: locutiones: operatio/
nes: ⁊ ſenſus corporis vigilanter cu/
ſtodiunt.
ℭ Eodeʒ die ſabbato poſt cineres. Ser
mo ſecundus.

e Rat nauis in medio ma
ri ⁊c̃. Sicut dies do
minica dedicata ẽ dñice re/
ſurrectioni: ⁊ feria ſexta do/
minice paſſiõi: ſic dies ſabbati dedicata
ẽ glioſe virgini. ⁊ iõ in ſabbatis q̃ occur
runt in quadrageſima aliqđ de ipa lo/
quamur ad eius gloriam ⁊ honorem.
A. Eccl̃ia nãqʒ vt dictuʒ ẽ diẽ ſabbati
virgini ↄſecrauit: ⁊ hoc multiplici rõe.
ℭ Pria eſt q: paſſio ſanctorꝫ cõuenit in
aliqua die celebrari. Beata aũt virgo ⁊
ſi nõ paſſa ſit martyriũ carnis: paſſa eſt
tñ martyriũ mentis. Juxta illud Luce
ij. Tuã aĩam tranſibit gladius. Et illđ
martyriũ in ea cõtinuatum fuit in tota
feria ſexta: ⁊ toto ſabbato ſeqnti. Sexta
aũt feria dedicata ẽ martyrio filij. ⁊ iõ
ſeqũẽs ſabbatũ dedicari debuit marty/
rio mr̃is. ℭ Scða rõ ẽ: q: ſicut i die ſab
bati de⁹ reqeuit ab oĩ ope ſuo: ſic xps in
trans marie vterũ requiẽ inuenit i c⁹
ṽtre ⁊ mẽte. Jn nullo enim alio ſancto
ſpũs ſcũs requiẽ habuit niſi in xpo ⁊ in
virgine beata: q: in alijs ſanctis habuit
aliqđ repugnãs: ſaltẽ peccatũ veniale.
Jn xpo aũt ⁊ virgine nihil repugnans
inuenit: ⁊ iõ pfecte ibi requieuit. ℭ Ter
tia rõ ẽ: q: ſicut dñs in ſabbato oẽs crea
turas fecit ⁊ ↄpleuit: ſic in beata virgie
vniuerſa refecit. Fecit tũc deus vniuer
ſa opera nature que ꝑ peccatũ fuerunt
corrupta: ſʒ in beata virgine fecit opera
gr̃e per que fuerũt oĩa repata. ℭ Quar
ta rõ ẽ: q: ſicut deus diẽ ſabbati bñdixit
ſic beata virgo fuit ab oĩb⁹ benedicta.
Et a deo q: ipam elegit. ⁊ ab angelo: q:
ipam ſalutauit. ⁊ a toto mũdo: q: ipam
laudat ⁊ veneratur. ℭ Quinta rõ ẽ: quia
ſabbatũ ẽ mediũ inter diem gaudioſuʒ
ſ. dñicam: ⁊ diẽ penoſum. ſ. feriã ſextaʒ:
ſic ipa ẽ mediatrix inter deũ ⁊ hoiem.
ℭ Sexta rõ ẽ: q: in die ſabbati tota fi/
des periJt ⁊ in ſola beata virgine remã
ſit: ⁊ ideo merito hec dies ſibi dedicata
fuit. Jgit per nauẽ ſupra dictam beata
virgo intelligi põt. De qua duo dicunt
ſeu notant. ℭ Primo quãte ſit dignita
tis: per hoc ꝙ dicit nauis. ℭ Secundo
quãte ſit pietatis: ꝑ hoc qđ dr̃ in medio
mari. B Dicit aũt beata virgo nauis



ex mercibus quibus onuſta fuit. q̃ gdẽ
eius ſunt virtutes de quibus decorata
fuit ⁊ ornata: que ſunt: humilitas: virgi
nitas: ⁊ fecũditas. ℭ Nam ꝑ humilita/
tem placuit deo. per virginitatẽ ange/
lo. per fecũditatem mũdo. Judith. xv.
Tu gloria hieruſalẽ. i. dei qui ẽ viſio pa
cis nr̃e: ⁊ hoc ꝑpter humilitatem ſuaʒ.
tu letitia iſrael. i. angelorꝫ qui ſemp de/
um vident: ⁊ hoc ꝑpter ſuã virginita/
tẽ. tu honorificentia populi nr̃i. i. gene
ris humani: ⁊ hoc pp fecũditatẽ ꝑ quã
nobis genuit ſaluatorẽ. ℭ Scðo atten
ditur dignitas eius ex mercatore quem
portauit. Prouer. vlt. Facta ẽ quaſi na
uis inſtitoris de longe portans panem
ſuũ. Jſte ẽ panis de quo dr̃ Jo. vi. Ego
ſum panis vi. qui de ce. deſ. Et iſte pa/
nis venit de lõge. vere de longe: qm̃ de
celo in terrã. vere de longe: q: cum iſte
panis cõſtet ex duplici paſta. ſ. natura
diuina ⁊ humana. ille tamẽ vere in infi
nitum a ſe diſtant. vere de longe: q: ta/
lis portatio. i. incarnatio longe ẽ a me/
ritis nr̃is: qm̃ nulla nr̃a merita merue/
runt vt de⁹ homo fieret. ℭ Tertio attẽ/
ditur eius dignitas ex arbore q̃ iſta na/
uis inſignita fuit: de qua arbore dicit
Ezech. xxvij. Cedrum de libano tulerũt
vt facerent ſibi malũ. C Arbor cedri/
na iſtius nauis fuit xps qui aſſimilat ce
dro nõ tñ ꝑpter ſui ſublimitatẽ: ſʒ ẽt
ꝑpter fruct⁹ qualitatẽ. Poma eniʒ ce/
drina in aliqua ſui parte ſunt dulcia. i
aliqua ſunt acetoſa. ⁊ in alia inter dul/
ca ⁊ acetoſum ſunt media: ꝑ que ſignat
in xpo tres ſubſtantie. Eius enim diui/
nitas fuit dulciſſima. ei⁹ caro fuit ama
ritudine plena. eius aĩa fuit dolore ple
na inquãtũ nature ſue relicta patiebat:
⁊ fuit dulcedine plena iquãtũ fruebat.
ℭ Quarto attẽdit eius dignitas ex ve
lo qđ in iſta naui appẽſum fuit. De quo
velo dr̃ Ezech. xxvij. Byſſus varia đ egy
pto ↄtexta ẽ tibi in velũ. Per iſtud ve/
lum ẽt ſignat ipe xps. Jſtud aũt velum
dr̃ fuiſſe variũ: q: fuit pictũ de colore al/
bo: rubeo ⁊ aureo. B Jn xpo enim fuit
vt dictum ẽ: caro: aĩa: ⁊ diuinitas. Ex
carne igit refulſit color albus ꝑpter
ſuã puritatẽ. Ex aĩa color rube⁹ ꝑpter
ſuam charitatẽ. Ex diuinitate color au/
reus ꝑpter ſuã pcioſitatẽ. Cant. v. Dile
ctus meus candidus: ꝑpter carnis pu
ritatẽ. rubicũdus: ꝑpter aĩe charitatẽ.
elect⁹ ex milibus: ꝑpter diuinã maieſta
tem. ℭ Secundo oſtendit de iſta naui
quante ſit pietatis in eo qđ dr̃ eẽ in me/
dio mari. E Per mare intelliguntur
peccatores penitẽtes: qui ꝑ ſuis pecca/
tis habent multas amaritudines. Jſta
igit nauis ẽ in medio mari: q: eſt media
trix inter deũ ⁊ ipos peccatores. F Jn
quãtũ aũt ẽ mediatrix aſſimilat lune ⁊
ſoli. Cant. vi. Que ẽ iſta que ꝑgreditur
quaſi aurora cõſurgens pulchra vt lu/
na: electa vt ſol. ℭ Primo igitur aſſimi
latur aurore: q: ſicut aurora eſt mediuʒ
inter diem ⁊ noctem: ſic ⁊ ipa inter deũ
⁊ peccatorẽ. Qñ enim peccator ẽ in no/
cte peccati: tunc tẽtatiões ⁊ demones ꝑ
eius cor trãſeũt. Juxta illud pſ. ciij. Fa/
cta ẽ nox: in ipſa ptrãſibũt oẽs beſtie ſil
ue. Aduenĩẽte aũt aurora. i. virgis gr̃a:
tẽtationes recẽdũt: demones fugiunt:
⁊ homines ad bene agẽdum habiles fi/
unt. Unde ſequit: ortus ẽ ſol. i. aurora.
Sol enim orit tũc: quãdo lux ſua inci/
pit apparere. ⁊ congregati ſunt. ſ. mali
mot⁹ tẽtationũ vt recedãt. Et in cubili/
bus ſuis collocabunt. ſ. demones vt in
infernũ vadãt. pſ. ciij. Exibit hõ ad op⁹
ſuũ: vt. ſ. ad bñ opandum habilis fiat.
ℭ Scðo inquãtũ ẽ mediatrix aſſimilat
lune. Sicut luna lucet in nocte ⁊ ẽ vici/
na terre: ⁊ hʒ virtutẽ efficacem ſup ma
re: ſic ⁊ ipſa ſcilʒ maria lucet peccato/
ribus dãdo eis lumẽ ſue gr̃e: ⁊ ẽ vicina
eis: cito eis ſuccurrẽdo per effectũ mi/
ſericordie. Et oſtendit virtutẽ ſuã ſup
afflictos ⁊ amaricatos dãdo eis dulce/
dinem cõſolatiõis ſue. Ecc. xxiiij. Tran
ſite ad me oẽs qui cõcupiſcitis me: ⁊ ſic
vobis dabo miſericordiam meam: ⁊ a
generatõib⁹ meis adimplemini. i. a vir
tutibus quas in vobis genero. Spiri/
tus enim meus ſuper mel dulcis. i. viſi/
tatio mea qua dulciter vos conſolor.
ℭ Tertio inquãtum eſt mediatrix aſſi/
milatur ſoli. Nam ſicut ſol habet tres
planetas ſuperiores ⁊ tres inferiores:
⁊ ipſe eſt in medio conſtitutus: ſic et

ipſa hʒ ſupra ſe tres in trinitate perſo/
nas:⁊ ſub ſe tres ſtatus ſaluádoꝝ.ſ.vir
gines:ꝯtinentes⁊ cõiugatos:⁊ ipſa ē i
medio conſtituta recõcilians tres ſta/
tus ſupradictos ſaluádoꝝ ipſi beatiſſi/
me trinitati cui eſt honor ⁊c̃.

¶ Dñica pria q̃dragesime Sermo p̃m⁹

d **Uctus** eſt ieſus in de/
ſertuʒ a ſpũ vt
tẽtaretur a diabolo. Mat.
iiij. Sicut xp̃s voluit mori
vt morte ſua noſtrã deſtrueret: ſic volu
it tẽtari vt p ſuã tentationẽ nr̃as tenta
tiones ſuparet. ¶ Voluit aũt tẽtari im
mediate poſt baptiſmũ vt tẽtatis daret
ꝯſolationis remediũ. Fuit enim tẽtat⁹
qñ fuit baptizat⁹.qñ a patre fuit filius
appellat⁹.qñ ſpũs ſcũs ſup euʒ in ſpe/
cie colũbe mãſit.qñ celos aptos vidit.
qñ q̃draginta dieb⁹ ⁊ noctibus ieiuna
uit vt p hoc deſ intelligi ꝙ ſi aliq̃s ten
taſ ꝓpter hoc nõ eſt minus a pctõ mũ/
datus.nõ eſt minus filiatiõe dei dign⁹
nõ eſt minus ſpũ ſcõ plenus. nõ eſt mi/
nus celo dign⁹.nõ eſt min⁹ in ſua pñia
deo accept⁹. A Tentari igitur voluit
vt nr̃as tẽtationes vinceret: vt tẽtatis
ꝯſolationẽ p̃beret:⁊ vt diabolo ꝙ eſſet
dei filius occultaret. Sciebat enim dia
bolus p ſcripturas ⁊ ꝓphetas ꝙ filius
dei naſciturus erat: ⁊ ꝙ per eũ ſuũ do/
miniũ erat amiſſurus:⁊ iõ ſollicite ob/
ſeruabat vt ſciret qñ naſcereſ. Audiens
aũt ſicut dicit Chryſ.angelũ xp̃i natiui
tatem paſtorib⁹ nũciãteʒ.angeloꝝ mul
titudinẽ iubilãtẽ.ioannẽ digito demõ/
ſtrantẽ.patrẽ in baptiſmo teſtificanteʒ
ſpirituʒ ſanctũ in colũbe ſpecie deſcen/
dentẽ.⁊ nunc ipm̃ quadraginta dieb⁹
⁊ quadraginta noctibus ieiunãtẽ:eum
eſſe dei filiũ ſuſpicabaſ. B Sed vidẽs
eũ eſurientẽ:ipſum eſſe plurimũ dubi/
tauit.volẽs igiſ certificari vtrũ eẽt dei
filius vel homo purus:ipſum trib⁹ te/
lis tẽtationũ aggredi voluit quib⁹ ho/
minẽ primũ pſtrauit. Nã ſicut dicit Gre
go.diabolus primũ hoiem de gula ten
tauit ⁊ vicit qñ de ligno vetito mandu
care ſuaſit.Tẽtauit de vana gloria cuʒ
dixit:Eritis ſicut dij. Tentauit de aua/
ricia cũ dixit eos ſcire bonũ ⁊ malũ.Si

cut eſm auaricia ē i appetitu ſupflue p
cunie:ſic ēt i imoderato ē appetitu ſcĩe
tie. Eodẽ modo tẽtauit ipm̃ de gula cũ
dixit:Si filius dei es dic vt lapides iſti
panes fiãt.Cogitabat enim in ſe dicẽs:
ſi lapides in panes ꝯuerterit filius dei
eſt.ſi aũt ꝯuertere nõ poterit hõ purus
apparebit. ſed ſic xp̃s rñſum tẽperauit
ꝙ ipʒ cognoſcere nõ potuit dicẽs: Scri
ptũ eſt.Nõ in ſolo pane viuit hõ ⁊c̃. Ac
ſi dicat.Cũ hõ ꝯſtet ex corpe ⁊ aĩa ⁊ ver
bũ dei ſit cib⁹ aĩe: ⁊ cibus corpis ſit pa/
nis:⁊ nullã mẽtionẽ facias de cibo aĩe
ſed tm̃ de cibo corpis:manifeſtuʒ eſt ꝙ
tua ſuaſio tentatio eſt. Tunc ſicut dicit
Chryſo.diabolus intra ſe cogitauit di/
cens:Iſte hõ ſanct⁹ videſ ⁊c̃. Sãcti aũt
viri ⁊ ſi non vincanſ vitio gule:ſepe tñ
vincunſ vitio vane glorie. Et ideo cum
ſũpſit ⁊ ſup pinnaculũ tẽpli eũ ſtatuit.
Nec fuit indignũ in xp̃o ſicut dicit Gre.
ſi a diabolo ſe pmiſit aſſumi:q: a mem/
bris ſuis ſe pmiſit occidi. vel illa aſſũ/
ptio põt intelligi deductio. Dicit autẽ
glo.ꝙ veriſile eſt diaboluʒ in humana
ſpecie appuiſſe. ſed tñ xp̃s ſic egit vt a
nemine videreſ.⁊ dicit diabolus:Si fi
lius dei es mitte te deorſum.Hoc iõ di/
cit vt ex tali p̃cipitatiõe ⁊ nulla ſecuta
leſiõe oẽs ad eũ ꝯcurrerẽt:vt eũ ador/
rẽt ⁊ ex hoc vanã gloriã icurreret. Vel
iõ dicit vt p hoc diabolus potẽtiã ſuaʒ
cognoſceret.ſed xp̃s ſic tẽperauit rñſuʒ
vt diabolo relinq̃ret dubiũ dicẽs: Non
tẽtabis dñm deũ tuũ. Ille deũ tentat q
vult explorare quãtũ poſſit apud deũ:
cũ tñ habeat ex hũana rõne qd facere
debeat. ſic xp̃s poterat aliter de tẽplo
deſcẽdere q̃ per iactantiã p̃cipitare ſe.
Quia igiſ nõ potuit eũ ſupare de gula
nec de vana gloria: voluit explorare ſi
poſſet eũ tẽtare de auaritia. Et iõ duxit
eũ in montẽ excelſum valde ⁊ oſtẽdit ei
oĩa regna mũdi. Oſtẽdit aũt ſibi nõ ca
que neſciebat indicãdo: ſʒ ſcdm̃ Chry/
ſo.oſtẽdit ei ac ſi aliquis in loco excelſo
poſitus manũ extẽderet dicẽs: Ecce ex
illa pte ē affrica.ex illa paleſtina.ex illa
grecia.ex illa italia: ⁊ huiuſmodi. Hec
oĩa tibi dabo ſi cadens adoraueris me.
Et qm̃ iſtud ꝯtinebat iniuriã creatoris:



xp̃s eum repulit dicens: Vade ſathana
ſ.in infernũ. Scriptũ ē enim:dñm deuʒ
tuũ adorabis ⁊ illi ſoli ⁊c̃. Deute.vi. In
alijs duab⁹ tẽtatiõib⁹ que videbantur
cõtinere iniuriã ſuã patiẽter rñdit. In
iſta aũt que cõtinebat iniuriã creatoris
dure redarguit. Unde Chriſo. In pro/
prijs iniurijs eẽ quẽquaʒ patiẽtẽ lauda
bile ē. Iniurias vero dei diſſimulare i/
piumẽ. C Ex ſupradicto ordine tẽta/
tionis pʒ ꝙ cõſuetudo diaboli ē incipe
a leuiorib⁹ ⁊ ꝓcedere ad grauia:⁊ dein
de ad grauiora: deinde ad grauiſſima.
Iſtud ēt pʒ in Job. Incepit aũt a leuio
ribus.ſ.qñ oẽs res tpales ſibi abſtulit.
deinde pceſſit ad grauia qñ filios extin
xit.deinde ad grauiora qñ corpus eius
vulnerauit.tãdem ad grauiſſima qñ fi/
duciã de deo p amicos ſuos ſibi auferre
conatus fuit. Illi eniʒ merita ſua extin/
guebant dicẽtes ꝙ pp peccata ſua fue/
rat pcuſſus:ꝙ fuerat tyrãnus ⁊ hypo/
chrita magn⁹. Sed Job ꝯtra primã tẽ/
tationẽ ſe defendit p natiuitatis ⁊ mor
tis cõſiderationẽ dicens:Nudus egreſ/
ſus ſum de vtero mr̃is mee:⁊ nudus re
uertar illuc. Cõtra ſcdam p datoris ab/
lationẽ:q: ille qui filios dedit:ille acce/
pit ſic dicens:dñs dedit: dñs abſtulit.
Cõtra tertiã p manus paterne percuſ/
ſionem: q: manus ei⁹ percuſſerat q pcu
tit ad correptionẽ nõ ad ſubuerſionẽ di
cens:ſi bona ſuſcepimus de manu dñi
⁊c̃. Cõtra quartã p bonoꝝ ſuorum nu/
merationem. Unde.xxxi.caplo. Bona
ſua enumerat nõ ad iactãtiam ſed ad
ſpem excitãdã dicẽs: oculus fui ceco ⁊
pes claudo ⁊c̃. Iſtũ ēt ordinẽ ſeruauit
diabolus in tẽtatione xp̃i. Incepit eniʒ
a tẽtatione leui:cũ tẽtauit de gula.tẽta
re de pane ⁊ maxime famis tpe:leuis tẽ
tatio ē. pceſſit ad grauẽ qñ eũ tentauit
d̃ vanagloria. pceſſit ad grauiorẽ:qñ eũ
tẽtauit de auaritia. pceſſit ad grauiſſi/
mã: qñ eum tentauit de idolatria. B
Iſtas aũt tẽtationes xp̃s ſupauit:ſapiẽ
ter:fortiter:⁊ pſeuerãter. C Sapienter
quidẽ q: p ſcripture teſtimonia ipʒ dya
boluʒ vicit qd̃ figuratũ ē.i.Reg. xxviij.
in victoria golye vbi dicit glo. Dauid vi
cit golyã tribus lapidibus de torrente.⁊

xp̃s diabolũ tribus teſtimonijs de lege.
Eodem mõ ⁊ nos poſſumus cõtra dia/
bolum ſcripture teſtimonijs reſponde/
re. Si enim tẽtat nos de ſupbia ⁊ appe/
titu honoꝝ: debemus rñdere:ſcriptũ eſt
Ecc.x. Quid ſuperbis? terra ⁊ cinis:oĩs
potẽtatus breuis vita. Si tentat de ap/
petitu diuitiaꝝ: reſpõdeam⁹: ſcriptũ ē
i.Thimo.vi. Nihil intulimus in hunc
mũdũ.haud dubiũ ꝙ nõ auferre quid
poſſumus. Itẽ Job.i. Nudus egreſſus
ſum de vtero mr̃is mee:nudus reuertar
illuc. Si tẽtat de appetitu delitiaꝝ car
nalium rñdeamus illud.i.Coꝝ.xv. Ca
ro ⁊ ſanguis regnũ dei non poſſident.
Glo. Per carnẽ ⁊ ſanguinẽ:vẽtrẽ ⁊ libi/
dinem.i.opa carnalia deſignanſ. Exẽ/
plo enim xp̃i qui tẽtatiões ſuas vicit p
ſcripturã.debem⁹ ēt iniurias nr̃as vin
cere ſapiẽter magis q̃ potẽter. Ille ſapi
enter vicit:qui ſcit iniuriãtib⁹ rõnabilr
rñdere:vel qui ſcit cor ſuũ vincere ⁊ diſ
ſimulare.vel qui ſcit a facie iniuriãtiuʒ
ſe abſentare. De primo Sap.v. Melior
ē ſapiẽtia q̃ vires:⁊ vir prudens q̃ for/
tis. De ſcdo Prouer.xvi. Melior ē pa/
tiens viro forti:⁊ qui dñaſ aĩo ſuo expu
gnatore vrbiũ. De tertio Prouer.xx.
Honor ē homini qui ſepat ſe a cõtẽtioni
bus.oẽs aũt ſtulti ꝯmiſcenſ ꝯtumelijs.
¶ Scdo xp̃s vicit fortiter.nõ enim ali/
quãdo ceſſit ſʒ fortiter reſtitit: ⁊ ſic nos
debemus reſiſtere. Jac.iiij. Reſiſtite dia
bolo ⁊ fugiet a vobis. Diabolus eiʒ d̃
a dia qd̃ ē duo ⁊ bolus:q: vult facere d̃
hoie duos bolos: corpus.ſ.⁊ aĩam de
uorãdo. Taliſ enim diabolo debemus
reſiſtere ⁊ fugiet a nobis.⁊ bñ dicit fu/
giet.a quibuſdã enim non exit ſed i eis
quieſcit:ſicut in auaris:ſupbis:⁊ luxu/
rioſis. Job.xl.ſub vmbra dormiuit.ecce
vmbra auaritie: in ſecreto calami.ecce
vanitas ſupbie:in locis humẽtib⁹.ecce
turpitudo luxurie. Ab aliquibus vero
exit:ſʒ nõ recedit ſʒ ibi ꝓpe expectat.ſi/
cut ab illis qui ſepe patiunſ recidiuuʒ
ad quos cito ſe ſcit reuerſurum. Juxta
illud Luce.xi. Reuertar in domũ meaʒ
vñ exiui. Ab aliqb⁹ aũt exit ⁊ recedit:ſʒ
nõ fugit:ſʒ lẽto paſſu incedit: ſicut a te/
pidis quos nõ plene deſerit. Ab aliqb⁹

vero exit ⁊ fugit: ſicut a viris pfectis q
fortit ei reſiſtūt ⁊ ipm in fugā ꝯuertunt
Nā ſicut dic Grego. diabolo cū reſiſtit ē
vt formica. cū vero ei⁹ ſuggeſtio recipit
fortis ē vt leo. E Tertio vicit xp̄s pſe/
ueráter q: i nullo ei ceſſit. ſic ⁊ nos pſe/
ueráter vicam⁹ vt nūquā diabolo ceda
mus. tūc aūt ei nō cedim⁹ qñ ad inſtar
apl̄i cū ip̄o pugnam⁹. q dicit. i. Cor. ix.
Ego igit ſic curro ñ qſi i icertū. ℱ Mi/
les eiꝫ ſtrenu⁹ p̄io dꝫ hēre robuſtū aīūꝫ
ad aggrediēdū vt. ſ. ꝯtra hoſtē fortiter
currat. ⁊ quaſi cert⁹ d̄ victoria ipꝫ iua/
dat. iō dicit: ego ſi curro ñ qſi i icertuꝫ.
Job. xxxix. Exultat audacter: i occaſuꝫ
pgit armat⁹. ℱ Scd̄o dꝫ hēre robuſtam
manū ad feriēdū. Jō ſbdit ſic pugno ñ
quaſi aerē v̄berās. q. d. non pugno v̄bis
ſꝫ factis. Gen̄. xlix. Man⁹ tua in ceruici
bus inimicoꝝ tuoꝝ. Ceruix diaboli ē ip
ſa ſuggeſtio q qñ ꝯputaf: ex toto diabo
lus vincit. ℱ Tertio dꝫ hēre fortē hume
rū ad ſuſtinēdū. dꝫ eīm fortiter ſuſtine/
re macerationes ſponte aſſumptas. iō
dicit: ſꝫ caſtigo corp⁹ meū ⁊c. Et tribula
tiones a deo imiſſas. ps. Poſuiſti tribu
latiōes i dorſo nr̄o: ab inimicis illatas.
ps. Supra dorſuꝫ meū fabricauerūt ⁊c.
℃ Eadē dñica prima q̄drageſime. Ser/
mo ſecundus.

CT cum ieiunaſſꝫ. xl. die
bus ⁊. xl. nocti/
bus: poſtea eſuriyt. Proceſ/
ſus ⁊ ordo tētatiōis xp̄i ta/
lis fuit. ip̄e enim ieiunauit; ieiunando
eſuriyt: eſuriēdo tētat⁹ fuit: tētat⁹ ſupa/
uit: ⁊ tūc poſt victoriā miniſteriū ange/
loꝝ accepit. ℃ P̄rio ergo ieiunauit. xl.
dieb⁹. ⁊. xl. noctib⁹: exēplo moyſi ⁊ he/
lie: qui in iſto numero ieiunauerūt. ſed
nullus coꝝ v̄tute ppria ieiunauit. Moy
ſes eiꝫ ieiunauit ſuſtētat⁹ diuina allocu
tione. Helyas ſuſtētat⁹ āgelica refectio
ne. Chriſt⁹ aūt ppria virtute. A Nos
aūt in iſto numero ieiunare debem⁹ tri/
bus de cauſis quas ponit Greg. i omel.
ℱ Nos eīm offendim⁹ deū de corpe no/
ſtro: de tpe noſtro: ⁊ de opib⁹ nr̄is. Cor/
pus eīm nr̄m ex quattuor elemētis ē cō
poſitū: ⁊ iō ad diuerſa vitia ē pmptum.
Quia igit ꝯpoſitū ē de terra: iō pmptū

ē ad deſiderādū terrena ⁊ ad peccatuꝫ
auaritie. Q: ē de aere. iō pmptū ē ad de
ſiderādū ſublimia: ⁊ ad peccatū ſupbie.
Quia ē de igne. iō pmptū ad inflāma/
tionē male cōcupiſcētie. Quia ē d̄ aqua
iō pmptū ē ad vitium leuitatis ⁊ incon
ſtantie. Q: igit ex corpe ex quattuor ele
mentis cōpoſito ad diuerſa vitia pmpti
ſumus. iō ſepe mādata que p decalogū
ſunt accepta cōtēpſimus. ⁊ iō iuſtū ē vt
ip̄m corpus quaterdecies affligamus.
ℱ Scd̄o offendimus deū de tpe nr̄o. de/
dit enim nobis tp̄s vt in ip̄o pniam fa/
ciamus. ⁊ tñ nos ip̄m in vanitatibus no
ſtris expēdimus. Job. xxiiij. Dedit ei lo
cū pnie: ⁊ ip̄e abutit eo in ſupbiā. facit
tñ deus nobiſcū pactuꝫ: vt. ſ. nouē tpis
ptes teneamus nobis in qbus nr̄a nego
cia faciamus. ⁊ ſaltē d̄cimā ptē damus
ſibi: i qua ſibi ſeruiamus ⁊ pniam aga
mus. ⁊ iſta ē quadrageſima q̄ ē decia ps
āni. Sicut dicit Greg. A p̄ria ingt dñica
quadrageſime vſqꝫ ad paſca ſex hebdō
eueniūt: quaꝝ dies. xlij. ſunt ex quibus
dū ſex dies dñicales ab abſtinētia ſub/
trahunt. xxxvi. in abſtinētia remanent.
Dū vero p trecētenos. lxvi. dies annus
ducit quaſi āni nr̄i decimā deo damus.
ℱ Tertio offendimus deū d̄ opibus no
ſtris. opa enim nr̄a debēt eē circa obſer/
uationē. x. mādatoꝝ: ⁊ ꝯplemētū quat/
tuor euāgelioꝝ q tunc cōplent qñ habe/
mus dilectionē dei ⁊ pximi. vel qñ ꝯple
mus duo mādata. ſ. vt faciam⁹ alijs qd̄
nobis volumus fieri. ⁊ nō faciamus ali
is qd̄ nobis volumus fieri. ſed nos i ope
ribus nr̄is: nec p̄cepta ſeruamus: nec
euāgelia cuſtodimus. ⁊ iō iuſtū ē vt per
xl. dies deo ſatiſfaciamus. B Eſt autē
ieiuniū nr̄m magne virtutis q: deū pla
cat ⁊ demonē fugat. Placat qdē ⁊ recō
ciliat deū. ſicut patet Jone. iij. in niniui
tis qui ieiunauerūt ⁊ iumēta ſiſt ieiu/
nare fecerūt. ⁊ iō deus eis recōciliatus
fuit: vt dicit Amb. Quale ē hoc xp̄ianū
non facere: quod pecudes fecerūt: niſi
q ſtolidior eſt pecude: qui in dicto ſibi a
ſacerdote ieiunio nō ieiunat? Et pecus
quidem declinat foueam ⁊ cauet preci/
pitium. tu aūt nō vis declinare pericu/
lum ieiunando qd̄ cernis. Deſpationis



enim genus eſt tunc mādúcare cum ie/
iunare debeas: tunc gaudere cū debeas
deplorare. ℱ Secūdo ieiuniū diabolꝫ
fugat. diabolus enim ē ſerpēs: piſcis:
lupus: ⁊ canis. ſicut enim ſcd̄m Amb.
Sputū hominis ieiuni ſerpētem inter/
ficit: ſic ieiuniū diabolū occidit. ⁊ ſicut
piſcis natat in fluuio ⁊ morit in ſicco:
ſic diabolus delectat in aquis delitiaꝝ:
⁊ morit in ſicco abſtinētiaꝝ. ⁊ ſicut fa/
mes expellit lupum de nemore: ſic ieiu/
niū expellit diabolū de corde. ⁊ ſic aqua
bulliēs fugat canē de cogna: ſic orō fer
uens fugat diabolū d̄ aīa. Mat. ix. Hoc
genus demonioꝝ in nullo pōt eijci niſi
in orōe ⁊ ieiunio. B ℃ Scd̄o xp̄s ieiu/
nādo eſuriyt. In hoc aūt q xp̄s ieiuna/
uit. xl. diebus ⁊. xl. noctibus oñdit om/
nipotēs de⁹. In hoc āt q eſuriyt: oñdit
hō fuiſſe iſirmus. Legimus aūt tribus
vicibus xp̄m eſuriſſe. ℱ Prima vice eſu/
riuit ⁊ nō habuit ad comedēdū niſi la/
pides ſicut hic pꝫ. lapis ē durus: frigi/
dus: ⁊ ſiccus. Per lapides enim intelli
gunt hoīes q nō pñt ad pniam frangi.
Hoīes frigidi q nō pñt igne diuini amo
ris inflāmari. Hoīes aridi qui nō poſ/
ſunt aqua diuine grē humectari. tales
non pñt incorpari a xp̄o ſed a diabolo.
Diabolus eniꝫ cū ſit lapideus: lapides
ſibi incorpat. Job. xli. Cor eius indura/
bitur quaſi lapis. ℱ Alia vice eſuriuit
⁊ nō habuit ad comedēdū niſi folia. vt
habetur Mat. xxi. de ficulnea que non
habuit niſi folia cui xp̄s maledixit. Si/
cut aūt xp̄s nō comedit lapides. i. corda
dura: ſic nō comedit folia. i. verba. Ar/
bor pducit folia: gēmas: flores: ⁊ fruct⁹.
folia ſunt bona verba. gēme bone cogi/
tationes. flores bone volūtates. fructus
bona opera. Sicut igit homo non paſci
tur de folijs: nec de gēmis: nec de florib⁹:
ſed de fructibus. ſic deus non delectat:
nec in noſtris verbis: nec in cogitationi
bus: nec in volūtatibus: ſꝫ in bonis ope
ribus. ℱ Tertio xp̄s quotidie eſurit. ſ.
noſtram cōuerſionē ⁊ ſalutem. Iſtū ci/
bum xp̄s tantum deſiderat q etiā illuꝫ
oſtiatim mendicat. Apoc. iij. Ego ſto ad
oſtium ⁊ pulſo. ſi quis aperuit mihi ia/
nuam: intrabo ad illum ⁊ cenabo cum

illo ⁊ ip̄e mecū. ſ. ad ſcotum ſiue ad ſim/
bolum. E In iſta cena debet peccator
tria fercula ponere. ſ. cōtritionē: ꝯfeſſio
nem: ⁊ ſatiſfactionē. Deus āt ponit tria
alia. ſ. remiſſiōꝫ culpe: collationē grē: ⁊
pmiſſionem glorie. Sed multi ſunt de
natura ioculatoruꝫ qui ſemper vellent
comedere de alieno ⁊ nihil de ſuo. vel/
lent q deus eis peccata dimitteret: gra
tiam ſuam tribueret: ⁊ gloriam ſuā da/
ret. Ipſi autem nec volunt habere con/
tritionem: nec facere confeſſionem: nec
exhibere ſatiſfactionem. ℃ Tertio xp̄s
exuriendo tentatus fuit. quāuis autem
ſint multe cauſe quare xp̄s voluit tenta
ri. apoſtolus tñ principalē ponit dicēs.
Heb. iiij. Nō enim habemus pontificem
qui non poſſit compati infirmitatibus
noſtris. tentatum aūt per omnia ⁊c. F
Ex quo patet q voluit tentari vt tenta
tis ⁊ tribulatis melius ſciret miſereri.
nemo enim pōt moueri ad compaſſio/
nem ⁊ miſericordiam niſi aliorum co/
gnoſcat miſerias: quas quidem pōt co/
gnoſcere vel audiēdo vel videndo vel
experiēdo. ſicut v̄bi grā. ſi audio q paſ
ſio illata ſit grauis pena: iam illud ſcio
p auditum: ⁊ tunc habētibus multū cō/
patior. Si autem video aliquem a dicta
paſſione detentum: ⁊ video ip̄m in ma/
gna tribulatione conſiſtere: ſe horribili
ter agitare: ⁊ querulośis vocibus cōcla/
mare. iam illud ſcio per viſum: ⁊ tunc
magis cōpatior. ſed ſi illam paſſionē in
corpe meo patior: tunc illud ſcio per ex/
perientiam: ⁊ tunc deinceps patiētib⁹
maxime compatior. Humanū autē ge/
nus ante incarnationē xp̄i multas ten/
tationes ⁊ miſerias patiebat pp̄ter qd̄
ſepe ad deum clamabat ⁊ totum celum
clamoribus replebat. ⁊ tunc deus eius
miſerias licet ab eterno ſciret. tñ quo/
dāmodo ſciuit per auditum. Exo. ij. In
gemiſcentes filij iſrael propter opera
vociferati ſunt: ⁊ aſcendit clamor eorū
ad deum: ⁊ audiuit gemitum eorū. tunc
deus humani generis clamoribus exci/
tatus de celo deſcendit ⁊ carnem aſſu/
mens in mundum venit ⁊ trigintatri/
bus annis in mundo manſit: ⁊ nr̄as tē/
tationes ⁊ miſerias vidit. ⁊ ſic illud qd̄

ſciebat per auditū poſtea ſciuit per vi-
ſum:⁊ tūc eſt magis miſericors factus.
Exo.iij. Uidi afflictionē populi mei q
eſt in egypto:⁊ clamorē eius audiui ⁊
deſcendi liberare eū. Tandē noſtras tē-
tationes ⁊ miſerias ſciuit per experien-
tiā:qꝛ oēs in ſua pſona expertus fuit:⁊
ideo factus eſt maxime miſericors. Ex-
pertus enim eſt paupertatē:tentationem
laſſitudinē:famē:tribulatiōeʒ ⁊ mortē.
In his enim voluit nobis eē ſimilis vt
ſciret melꝰ nobis miſereri. Heb.ij. De-
buit ꝑ oīa fratribus ſimilari vt miſeri-
cors fieret. Si igit̄ aliqs paupertate pre-
mit̄ ſcit mō melius miſereri:qꝛ ipſe pau-
per fuit. Si aliqs tentat̄ ſcit ei mō me-
lius miſereri: qꝛ ipſe fuit tentatus. Si
aliqs patit̄ tribulatiōeʒ:famē:laſſitudi-
nē:vel dolorē mortis:ſcit ei mō melius
miſereri: qꝛ hec oīa paſſus eſt ipſe:⁊ tē-
tatus potēs eſt ⁊ eis q tentant̄ auxilia-
ri. Heb.xij. In eo enīʒ in quo paſſus eſt
ipſe ⁊ tētatus potens eſt eis q tentant̄
auxiliari. ¶ Quarto xp̄s tētatus ſupe-
rauit ⁊ vicit. Uicit aūt tētatiōes ipſas
eis in ſuis ꝑncipijs obuiando. nā mox
vt in eū diabolus tētationes iſerebat:
xp̄s eas repellebat:ſic ⁊ hō mox vt dia-
boli ſuggeſtiōes ſenſerit: eas in ſuo ini-
tio dʒ repellere. Nā vt dicit Hiero. Lu-
bricus eſt ſerpēs antiquus: ⁊ niſi in ca-
pite teneat̄ totus ſtatiʒ illabit̄. G Ha-
bet igitur ſerpēs iſernalis caput.ſ.ma-
lam ſuggeſtionē. habet corpus.ſ.malū
conſenſum. habet caudā: qꝛ conſuma-
tionē operis. vbi aūt ponit caput ſug-
geſtionis:ſtatim ponit corpus ꝯſenſus.
⁊ vbi ponit corpus cōſenſus:ſtatim po-
nit caudā operis. ⁊ ideo in ſuo capite
.ſ. in ſua ſuggeſtiōe eſt cōterendus. In
aliqbus igit̄ iſte ſerpēs eſt quātū ad ca-
put:corpus ⁊ caudā:qui .ſ. hn̄t malas
ſuggeſtiones:cōſenſus ⁊ opa. Sunt tn̄
qdā q in iſta q̈dragesima dimittūt pec-
catū quātū ad opus:ſed tn̄ poſt paſcha
ad illud redire intēdunt. iſti amputa-
uerunt ſerpēti caudā: ſed tn̄ adhuc vi-
uit in eis quātuʒ ad corpus ⁊ caput.i.
q̄ntum ad ꝯſenſum ⁊ ſuggeſtionē. Aliq
pctm̄ dimittūt q̄ntum ad opus ⁊ cōſen-
ſuʒ:tenēt tn̄ adhuc malas ſuggeſtiōes.

iſti amputāt corpus ⁊ caudā:adhuc tn̄
viuit in eis quātum ad caput. ſed ſi vis
iſtum ſerpentē vincere: bn̄ ſtudeas ca-
put ei āputare.i.prauā eius ſuggeſtio-
nē repellere:⁊ tūc tibi nocere nō pote-
rit. nec q̄ntum ad corpus.i.cōſenſū. nec
q̄ntum ad caudā.i.opus. qꝛ amputato
capite ſuggeſtionis tota ꝯfracta eſt vir-
tus iſernalis ſerpētis. ideo dicit̄ Gen.
iij. Ipſa ꝯteret caput tuū. H ¶ Quīto
poſt victoriā miniſteriū angelorꝫ acce-
pit. ideo dr̄: Et ecce angeli acceſſerūt ⁊
miniſtrabāt ei. q miniſtratio tripl'r pōt
accipi. ¶ Primo de tpali ſubuētiōe vt
ſit ſenſus miniſtrabāt.i.ſibi eſurienti ci-
bo ſubueniebāt. tal'r cibuʒ olim angeli
helye miſtrauerunt. ¶ Scd̄o pōt itelli-
gi de adoratiōe:vt ſit ſenſus. ſibi mini-
ſtrabant.i.tanq̄ deuʒ ſuppliciter ado-
rabant. Juxta illud ps. Adorate eum
oēs angeli eius. ¶ Tertio pōt itelligi
de ꝯgratulatiōe:vt ſit ſenſus. miniſtra-
bant.i.ſibi pugnanti ꝯgratulabant̄. vn̄
ps. Bn̄dicite dn̄o oēs virtutes eius mi-
niſtri eius q faciunt voluntatē eius. II

¶ Feria.ij.pme hebdōe Sermo pmus.

Cum venerit filius hois in maieſtate ſua ⁊
oēs āgeli eius cū eo. Mat.
xxv. Sicut dicit beatꝰ Iſi-
dorus i libro de ſūmo bono. in q̄libet iu-
dicio tres pſone requirunt̄.ſ.iudex: reus
⁊ actor. ⁊ ideo in iſto dei extremo iudi-
cio iſte tres pſone requirunt̄. nā pſona iu-
dicis exprimit̄ cū dr̄:Cuʒ venerit filius
hois in maieſtate ſua. Perſona actoris
cū dr̄:⁊ oēs angeli eius cū eo. Perſona
rei cū dr̄:⁊ congregabunt̄ ante eum oēs
gētes. ¶ Judex igit̄ erit xp̄s q iuſte iu-
dicabit:cuiꝰ iudiciū corrūpi nō pōt. A
Quattuor enim modis vt dicit Iſido.
corrūpi iudiciū ꝯſueuit.ſ. timore: amo-
re:odio vel munere. ¶ Xp̄i aūt iudiciū nō
corrūpit̄ timore qꝛ potētiſſimus ē. Job
xxij. Nunqd timens arguet te ⁊ veniet
tecū ad iudiciū? Immo quāto potētio-
res erunt:tāto durius iudicium ſuſtine-
būt. Sap.vi. Potentes potēter tormēta
patient̄. ¶ Scd̄o nō corrūpet̄ amore: qꝛ
iuſtiſſimus ē. ideo cōtra frēs ſuos.ſ. fal-
ſos xp̄ianos ſniaʒ ꝓferet ⁊ nihil ꝑderit



tis allegare fraternitatē q̄.ſ. ſit frater
eorꝫ. ps.xlviij. Fr̄ nō redimet. nec allega-
re ſiſitudinē q̄.ſ. ſit hō ſilis eis. iō ſub-
dit̄: redimet hō? ⁊ debet allegari iter-
rogatiue ⁊ rn̄deri negatiue. nec eis ali-
qd valebit pcū multiplicitas. ideo ſub-
dit̄:non dabit placationē ſuā. nec ſan-
guinis xp̄i pcioſitas: qꝛ ipm̄ preciū ꝯtē-
pſerūt. ideo ſubdit̄:⁊ preciuʒ redēptio-
nis aīe ſue. ¶ Tertio non corrūpet̄ mu-
nere:qꝛ ditiſſimus eſt. Prouer.vi. Non
acqeſcet cuiuſq̄ pcibus nec ſuſcipiet ꝓ
redēptione dona plurima. Ber. Ueniet
dies illa in qua plus valebūt pura cor-
da q̄ aſtuta verba:conſcientia bona q̄
marſupia plena. Augu. Expectat̄ dies
iudicij ⁊ aderit eqſſimus iudex q nulli-
us potētis pſonā accipiet. cuius pala-
tiū nullus ep̄s vel comes vel abbas au-
ro vel argēto corrūpe poterit. ¶ Quar-
to non corrūpet̄ odio:qꝛ optimus ē. In
eo enim q optimus eſt: odiū cadere nō
poteſt:ipſe eniʒ oia diligit que creauit.
Sap.xij. Diligis oia q̄ ſunt ⁊ nihil eorꝫ
odiſti que feciſti. ⁊ qꝛ diligit nō odio ſʒ
cum dolore ⁊ ꝯpaſſione punit. Yſaie.i.
Heu cōſolabor ſup hoſtibus meis ⁊ vin-
dicabor de inimicis meis? vbi ſic dicit
glo. More pij patris punit ⁊ plangit.
¶ Scd̄o ponunt̄ actores ſiue accuſato-
res q erunt angeli nobis ad cuſtodiam
deputati. qui tanq̄ ſcientes oīa mala q̄
peccatores fecerūt ipſos grauiter accu-
ſabūt. Job.xx. Reuelabūt celi iniqtateʒ
eius. B Preter aūt iſtos accuſatores
ſtabūt ꝯtra peccatores.ſ. diabolus:totꝰ
mūdus ⁊ ꝓpriū ſcelus. De accuſatione
diaboli ſic dicit Aug. Dicturus ē aduer-
ſarius in iudicio. eqſſime iudex iudica
iſtū meū eſſe ob culpā: qui noluit tuus
eſſe ꝑ gratiā. tuus ꝑ miſericordiā:meus
per miſeriā. tuus ꝑ paſſionē: meus per
ſuaſionē. tibi inobediēs:mihi obediēs.
a te accepit imortalitatis ſtolā: a me ac-
cepit hāc pānoſam tunicā. tuā veſtē di-
miſit:cuʒ mea huc venit. eqſſime iudex
iudica iſtū eē meū:⁊ mecū dānandū eē.
Et ponit diabolus quinqʒ allegatiōes
quibus vult oſtēdere peccatorē dānan-
dū eſſe ſecū. C Prima eſt talis:tu obtu-
liſti ſibi gratiā tuā;ego meā culpā. tuaʒ

gratiā ꝯtempſit:meaʒ culpā recepit. er-
go dʒ eſſe meus. ¶ Scd̄a talis eſt:tu cre-
aſti eū per naturā: ideo deberet eē tuꝰ.
ſed fecit ſe meū per magnā ſuā culpā ⁊
miſeriā:ideo dʒ eſſe meus. ¶ Tertia ta-
lis eſt:tu ſuſtinuiſti ꝓ eo grauē paſſio-
nē:iō deberet eſſe tuus:ego vero obtuli
ſibi meā ſuggeſtionē. ſed ipſe tuā paſſio-
nē ꝯtēpſit ⁊ meā ſuggeſtionē recepit: iō
dʒ eē meus. ¶ Quarta eſt talis:duo ſūt
ſcʒ obediētia ⁊ inobedientia. Quicūqʒ
ergo eſt tibi obediēs ⁊ mihi inobediēs
eſt tuus:⁊ tibi iobediēs eſt meus. ſʒ iſte
fuit tibi inobediēs: ergo dʒ eſſe meus.
¶ Quinta talis eſt:tuū eſt facere hōi ve-
ſtē fulgidā virtutū:meū ē facere ſibi ve-
ſtem pānoſaʒ ſordidā vitiorꝫ. Quicūqʒ
aūt hʒ veſtē virtutū eſt tuus. q vero hʒ
veſtē vitiorꝫ eſt meus. ſʒ iſte tuā abiecit
⁊ meā ſecū portauit:ergo dʒ eſſe meus.
¶ Scd̄s accuſator eſt totus mūdus: oia
ſcʒ elementa. Iſtud oñdit Hugo de ſcō
victore dicēs: Celū dicet: ego ſibi lucem
miniſtraui ad ſolatiū. Aer dicet:ego oē
genus auiū ſibi dedi ad obſequiuʒ. Aq̄
dicet:ego diuerſa genera piſciū ſibi de-
di ad vſuʒ. Terra dicet:ego panem ⁊ vi-
nū dedi ſibi ad nutrimētū. Ideo ignis
clamabit:a me ꝯburat̄. Aqua clamabit:
a me demergat̄. Aer clamabit: a me vē-
tilet̄. Terra clamabit: a me abſorbeat̄.
Infernus clamabit: a me deglutiatur.
Sap.v. Armabit oēm creaturā ꝯtra in-
ſenſatos. ¶ Tertius accuſator eſt ꝓpriū
ſcelus. Nā oīa peccata que modo ſunt
occulta:extra tūc ꝓſilient: ⁊ ſuū accuſa-
būt actorē. Nā tinea veſtimētorꝫ accuſa-
bit vanaglorioſum:erugo metallorꝫ ac-
cuſabit auarꝫ. Merces pauperꝫ defrau-
data accuſabit tyrānū violētū. Iniquū
edificiū accuſabit vſurariū. De tribus
primis dicit̄ Jaco.v. Diuitie veſtre pu-
trefacte ſunt: ⁊ veſtimēta veſtra a tine-
is comeſta ſunt. Aurꝫ ⁊ argētū veſtrum
eruginauit ⁊ erugo eorꝫ in teſtimoniuʒ
vobis erit. Et iſra. Ecce merces opera-
riorꝫ que defraudata eſt vobis clamat:
⁊ clamor eorum in aures dn̄i ſabaoth
itroiuit. De quarto dicit̄ Abachuc.ij.
Lapis de pariete clamabit:⁊ ligنuʒ qđ
eſt inter iuncturas edificij rn̄debit. D

¶Tertio ponunt̄ rei ipſi mali.ſ.a ſini/
ſtris collocati qui erunt in multa angu
ſtia poſiti. Sicut oſtēdit Grego. dicens:
O ꝙ anguſte erūt tūc vie reproboꝝ. Su
perius erit iudex iratus: īferius horren
dū chaos. a dextris peccata accuſantia:
a ſiniſtris infinita demonia ad ſuppli/
ciū trahētia. intus ↄſciētia mordens: fo
ris mūdus ardens. Quid faciet pctōr
ſic dephenſus? latere erit īpoſſibile: ap/
parere intolerabile. Ex his p3 ꝙ pctōr
nō poterit fugere ſurſu3: q: ibi eſt iudex
iratus q gladio bis acuto q de ore eius
procedit ipſum incideret. Nec fugere a
dextris: q: ibi ſunt peccata que ipm ap/
p̄hēderēt. Nec fugere a ſiniſtris: q: ibi
ſunt demones qui eū ad ſupplicia tra/
herent. Nec fugere vel abſcondere itra
ſe: q: ibi eſt vermis ↄſcientie q ipſu3 to/
tum corrodet. Nec fugere extra mūdu3:
q: totus eſt plenus igne: q ipſu3 totum
cōbureret. Et ideo nō reſtat niſi vt infe
rius ī fornacē cadat. Matth. xxv. Ibūt
hi in ſuppliciū eternum ꝛc.

¶Feria ſcđa p̄ime hebđe Sermo ſcđs.

ESuriui ꝛ non dediſtis mihi māduca/
re. Sicut dicit beatus Aug.
Si aliqs eſſet q de tota ſacra
ſcriptura nihil ſciret niſi ſolū iſtā lectio
nem p̄ſite3. hoc ſolū ſibi ſufficeret ad ſa
lutē: q: ibi ↄtinent̄ merita ꝛ demerita:
p̄mia ꝛ ſupplicia bonoꝝ ꝛ malorum.
Quāuis ī extremo iudicio oīa facta di
ſcutiant̄ hoīs: tamē ſolū de elemoſynis
fit hic mētio. Et rōnem huius aſſignat
Aug. i lib. l. omel. dicēs: Tacet dñs oīa
recta facta iuſtoꝝ ꝛ oīa mala iniquorū:
ꝛ ſolū laudat elemoſynaꝝ largitione3:
ꝛ dānat auiditatem. Quare hoc: q: oīa
crimina elemoſynis redimunt̄: ſi tamē
mores mutaueris. Pro peccatis enim
p̄teritis elemoſynas quis facit. ſi vita
mutata ꝛ inde recedat ꝛ huc accedat.
Si aūt dicat aliqs in corde ſuo. ſi quoti
die peccauero ꝛ elemoſynas fecero: nū
quid peccata extinguo? Et rñdit Aug.
Extinguis: ſed tū tu cū eis extigueris.
percūt enim peccata tua: ſed tecū. non
enim in gehenna peccare p̄mitteris aut
te cū ceperit torqueri ignis eternus: de

ſatiandis libidinibus non cogitabis.
Quāuis igit̄ de ſolis elemoſynis videa
tur ī iudicio queſtio mouēda. de oībus
tū factis ratio reddet̄; ꝛ in ipſo iudicio
dñs ordinate p̄cedet. A F Nā3 primo
culpas examinabit: deīde examinatas
pōderabit. poſtmodū pōderatas ſentē/
tiabit. vltimo ſentētiatas executiōi de/
mādabit. ¶Primo igit̄ culpas exami/
nabit. qđ notat̄ cū dicit̄: Eſuriui ꝛ non
dediſtis mihi māducare. De qua exami
natiōe dicit̄ Job. xxix. Cauſamquā ne/
ſciebā. i. quā me neſcire oſtēdebā: diligē
tiſſime inueſtigabā. Examinabit quidē
ꝛ iueſtigabit oīa cogitata. Sap. i. In co
gitatioībus impij iterrogatio erit. Exa
minabit oīa verba. Mat. xij. De oī ver/
bo ocioſo ꝙ loquuti fuerunt hoīes: red
dēt rōne3 in die iudicij. oīa facta. Eccle
ſiaſtes vltimo. Cūcta que fiunt adducet
dñs ad iudiciū: oīa omiſſa. ſicut patet i
hoc euāgelio vbi de omiſſis reprobi ar/
guunt̄: oīa cōmiſſa. B Quattuor enī3
nobis deus ↄmiſit. ſ. tēpus vt ipm vtili
ter expēdamus. res tēporales: vt ipſas
paupibus erogemus. Corpus vt ipſu3
in mūditia teneamus. Anima3 ad ima
ginem dei factā: vt ipſam honoremus.
Sed de tpe malā rōnem reddēt ocioſi:
q ipſum negligēter expendunt. Bern.
Omne tēpus nobis īpenſu3: regretura
nobis qualr̄ ſit expēſum. De rebus ma/
la3 rōnem reddēt auari: q nolūt eas cō/
municare: ſed ipſi ſoli māducare. Eccl.
xi. Inueni requiem mihi: ꝛ nūc māduca/
bo de bonis meis ſolus. De corpe malā
rōnem reddēt luxurioſi: qui corpus ſuū
maculauerūt. Unde dicit̄ de Salomo/
ne Ecc. xlvij. Poteſtatē habuiſti in tuo
corpe: ꝛ dediſti maculā ī gloria tua. De
aīa malā rōnem reddent ſupbi: auari ꝛ
luxurioſi: qui dei imaginem deleuerūt:
ꝛ imaginē. ſ. diaboli ſupinduxerūt. Ro
mo. i. Mutauerūt gloriā icorruptibilis
dei: in ſimilitudinē imaginis hoīs cor/
ruptibilis. ꝛ volucrū: quo ad ſupbos: q
ſuper alios volare volūt. ꝛ quadrupe/
dū: quo ad luxurioſos: q: luxuria in cor
pore exercuerūt. qđ quattuor elementis
ↄponit̄. ꝛ ſerpētū: quo ad auaros: q ſem
per terra3 appetūt. ¶Scđo iudex eter/



nus culpas examinatas pōderabit qñ
dicet: Amē dico vobis: quādiu feciſtis
vni de fratribus meis minimis mihi fe
ciſtis. Ecce magna ponderatio: q: illud
qđ fit vel nō fit egenis: fieri vel non fieri
reputat̄ deo. De iſta pōderatione dicit̄
Prouer. xvi. Pondus ꝛ ſtatera iudicia
dei ſūt. Solent cāpſores monetas in ſta
tera pōderare: ꝛ eas quas īueniūt nul/
lius pōderis. i. nullius valoris vel mi/
noris in ignē p̄iciūt vel icidunt. Illas
aūt quas iueniūt equalis vel maioris:
theſauro reponunt. C Michael nāq3
archāgelus ſcō3 eccl'ie repn̄tatōe3 aīas
pōderabit: que oēs in q̄ttuor ordinibus
erūt. Nā q̄dā erūt vacue: quedā ſemiple
ne: q̄dā plene: q̄dā ſupplene. Ille erunt
vacue: que nulla bona ſecū portauerūt.
Talis appēdet̄ ꝛ ſibi dicet̄ Dan. v. Ap/
pēſus es in ſtatera ꝛ inuentus es nihil
hñs. Talis p̄iciet̄ in fornacē īferni. Il/
le erūt ſemiplene q ad pniam redierūt.
ſed tū ſatiſfactionē ↄgruā morte p̄ueni
ente nō ipleuerūt. talis appendet̄ ꝛ ſibi
dicet̄. Appēſus es in ſtatera ꝛ iuentus
es minus hñs: ꝛ p̄iciet̄ in fornacē pur/
gatorij. Alie ſunt que ꝑuis deliquerit:
tū ſatiſfecerūt. Talibus dicet̄. Appēſus
es in ſtatera ꝛ iuētus es ſatis hñs. Alie
ſunt que opa ſatiſfactiōis habuerūt: ſi/
cut ſunt viri pfecti. Talibus dicet̄. Ap/
pēſus es in ſtatera ꝛ inuētus es multu3
habēs. Iſti duo reponētur in theſauro
celeſti. ¶Tertio iudex eternus culpas
ponderatas ſentētiabit qñ dicet: Diſce/
dite a me maledicti in ignem eternu3 q
paratus eſt diabolo ꝛ angelis eius. D
Ex qua ſentētia manifeſte colligit̄ ꝙ i/
placabiliter deus ↄtra reprobos ſit ira
tus. Dato enim ꝙ reprobi ſibi dicant.
Non ſumus dñe digni regnū veſtrum
poſſidere: tamē placeat vobis vt poſſi/
mus ad pedes veſtros manere. Reſpon
debit: Diſcedite a me. Dato ꝙ ſibi dicāt
Et ſi nos repellitis a vobis: ſaltem be/
nedictionē veſtrā nobis date. Reſpōde
bit: Et vos maledictionē meam habea/
tis. Ideo ſubdit: Maledicti. Dato ꝙ di
cant: ſaltem ad aliquē locum refrigerij
nos mittatis. Reſpōdebit: In ignē. Da/
to ꝙ ſubiungāt: ſaltē breue3 terminum

nobis p̄figatis. Reſpōdebit: Eternu3.
Dato ꝙ dicant: ſaltem alique3 bonum
dñm nobis p̄ficiatis qui clemēter nos
regat. Reſpōdebit: Qui paratus ē dia/
bolo. Dato ꝙ ſubiūgant: ſaltē aliqua3
bonam ſocietatē nobis date cū quibus
poſſimus ↄſolari. Rñdebit: Et angelis
eius. Quaſi dicat pro dño habeatis dia
bolū maiorē. p ſocijs veſtris demones
minores. Sentētia aūt iuſtoꝝ cōtraria
erit cū dicet: Uenite bñdicti patris mei
ꝛc. Ac ſi dicat: Illis dixi: diſcedite a me
ſed vobis dico venite ad me. Illis de/
di meā maledictionē: ſed vobis do meā
benedictionē. Ideo venite bñdicti. Il/
los mitto in ignē: vos introduco in re/
gnum celeſte. Ideo poſſidete regnum.
Illis dixi vt maneāt in igne perpetuo:
vobis dico vt maneatis in regno eter/
no qđ paratū eſt vobis. Illis dixi vt ha
beant in principē ſuu3 ipſum diabolū:
vobis dico vt habeatis in principē ve/
ſtrū patrē meū. Ideo venite bñdicti pa
tris mei. Illis dixi vt habeāt in ſocios
demones infernales: vobis dico vt ha/
beatis in ſocios angelos meos celeſtes.
illos ſcilicet angelos de qbus dictū eſt:
Cum venerit filius hoīs in ſede maieſta
tis ſue ꝛ oēs angeli eius cū eo. ¶Quar
to iudex etern⁹ culpas ſentētiatas exe/
cutioni mādabit. qđ notat̄ cu3 dicitur:
Et hi ibunt in ſuppliciū eternum: iuſti
aūt in vitā eternā. E Quattuor aute3
modis qs ſe iuuare cōſueuit ne ſenten/
tia executioni mādet̄: aut per appella/
tionē: aut p ſupplicationē: aut per que/
relā falſi: aut p in integrū reſtitutionē.
Nullo aūt iſtoꝝ modoꝝ dānati ſe iuua
re vel defendere poterūt quin illa ſen/
tentia executioni mādetur: aut per ap/
pellationē: aut per ſupplicationē: aut
per querelā falſi: aut p in integrū reſti/
tutionē. nō p appellationē: q: coꝝ cria
erunt notoria ꝛ in notorijs appellatio
non habet locum. Hiero. Aderit dies il
la in qua facta noſtra q̄ſi in quadam ta
bula picta demōſtrabunt̄. non per ſup
plicationē: q: ſi oēs ſancti pro ipſis ſup
plicarent deus non audiret. Hiere. xiij.
Noli orare pro populo iſto in bonū: qm
gladio ꝛ fame ꝛ peſte cōſumā eos. Job

xxi. Nõ parcã eis verbis potẽtib⁹ ⁊ ad depcãdũ cõpoſitis. nõ ꝑ querelã falſi vt dicat ꝙ illa ſñia lata ſit per falſos teſtes iudice circũuento: qꝛ ſicut dı̃ Job xxiiij. Saluatorem aĩe tue nihil falſis. Eiuſdẽ. xij. Ipſe nouit decipiẽtem ⁊ eũ qui decipit. non ꝑ in integrũ reſtõnem: vt. ſ. ad ſtatũ priſtinũ reſtituat: qꝛ ſicut dicit Heb. v. Impoſſibile ẽ eos q ſemel illuminati ſunt ⁊ guſtauerũt donũ celeſte ⁊ ꝑticipes ſunt ſpũs ſancti ⁊ ꝓlapſi ſunt. ſ. per finalem impenitẽtiã renouari rurſus ad penitentiã. 15

¶ Feria tertia ꝑie hebdõe Sermo xiii⁹.

quoꝝ cor ē pars diaboli ⁊ plenum vino
corrupto maloꝝ deſiderioꝝ: nec aliquā
do vel raro efficit vas dei vt recipiat vi
nū grē ſpūalis. Hiere.xlviij. Fertilis fu
it moab. ſ. in malis opibus ab adoleſcē
tia ſua ⁊ requieuit in fecibus ſuis: nec
trāſfuſus eſt de vaſe in vas. ¶ Scḋo de
dit ei medicinā cōfortatiuā: iſta eſt ſpes
venie que aīam multū cōfortat. Iſtā ex/
hibuit cū dixit: tolle grabatū tuū. Gra/
batum dr̄ a graba qḋ ē caput: ⁊ ſignifi/
cat mētē que ē aīe caput. Tunc igit̄ gra
batum tollit qn̄ mentē noſtram ad deū
per verā ſpem venie erigimꝰ ⁊ iſta ſpes
venie aīam peccatoris multū confortat
⁊ firmat cū ſit anchora dei. Heb.vi. Cuꝫ
fugimus ad tenēdā ppoſitā vobis ſpeꝫ
quā ſicut anchorā aīe tenēs tutam ⁊
firmā. multū cōfortat cum ſit galea dei.
Eph.vi. Induti lorica fidei ⁊ galeā. ſ.
ſpem ſalutis aſſūmite. multum delectat
cum ſit nuncia miſericordie dei. Ecc.ij.
Qui timetis dn̄m ſperate in illum ⁊ in
oblectationem veniet vobis miſericor/
dia. ¶ Tertio dedit ei medicinam me/
lioratiuam: iſta ē ſatiſfactio. iſtam exhi/
buit cū dixit: ⁊ ambula. ſ. ſatiſfaciendo
de virtute in virtutē. de bono i melius
pcedēdo. B Sunt aūt tres ſpecies: ſa



tiſfactionis. ſ. orōnes: ieiunia: ⁊ elemoſy
ne. Sūt igit̄ quidā qui ambulāt: quidā
qui ſubſiſtunt: quidā qui retrocedunt.
Illi qui ambulāt ſunt qui de orōibꝰ trā
ſeunt ad ieiunia. de ieiunio ad elemoſy
nas. Illi ſubſiſtūt qui tm̄ ſtāt in vno. ſ.
orādo vel i ieiunādo: vel in elemoſynas
largiēdo. Illi autem retrocedūt q̄ oīa
iſta dimictūt ⁊ ad vomitū reuertuntur.
¶ Quarto dedit ei medicinā pſeruati/
uam que ē ꝯſeruare ab hiis que ſunt vel
eē pñt occaſio peccati. iſtā medicinā ex
hibuit cū ait: Ecce ſanus factus es. iam
noli peccare ne deterius tibi cōtingat.
vbi dn̄s monet ꝙ quilibet q̄ ſanat̄ a pec
cato caueat ſibi a recidiuo: cum ait: ecce
ſanus factus es iaꝫ noli peccare. Dein/
de ponit recidiuatōis magnū periculū
cū ſubdit. ne deterius tibi cōtingat. C
Ut homo vero a recidiuo ſibi caueat: ne
ceſſe ē vt duo faciat. ſ. vt carnē mortifi/
cet: ⁊ peccādi occaſiōes vitet. debꝫ ergo
corpus ſuū mortificare. Juxta illud. i.
Coꝝ.v. Caſtigo corpus meū ⁊ in ſer. re.
⁊c. Col.iij. Mortificate mēbra vr̄a que
ſunt ſup terrā. nō dicit que ſunt ſub ter
ra vel in terra: ſꝫ ſup terrā. Mēbra qdē
nr̄a ſt̄ ſb t̄ra i morte ⁊ tūc ñ ſūt apta ad
mortificādū ſꝫ ad putrefactionē: i terra
ſunt i ſenectute qñ. ſ. pſtrata ſunt ex de/
bilitate. Uñ ⁊ ſenes dicere cōſueuerunt
ego ſum in terra. ⁊ tunc nō ſunt mēbra
apta ad mortificationē ſꝫ ad vegetatio/
nem. Sup terrā vero ſunt in iuuētute.
Uñ de talibus dicere ꝯſuetū ē. iſte ē ſup
ſe: ⁊ tūc mēbra apta ſunt ad mortificatio
nē ne vitia in eis regnēt. Rom.vi. Non
ergo regnet pctm̄ in veſtro mortali cor/
pore nec obēdiatis cōcupiſcentijs eius.
opꝫ ēt ꝙ ille qui nō vult recidiuare oc/
caſiones peccati vitet: ſicut ſunt male ſo
cietates. Prouer.xiij. Qui cū ſapiētibꝰ
gradit̄ ſapiēs erit amicus ſtultoꝝ effi/
ciet̄ eis ſimilis. Sicut ſunt male cogita
tiōes. Prouer.vi. Nūqd abſcōdē pōt hō
ignē in ſinu ſuo ne veſtimēta illiꝰ ardeāt. ſic ſūt male opportunitates. q2 ſic dr̄
Eccl.xix. Si ab imbecillitate viriū vere
tur peccare ſi inuenerit tp̄s malefacie/
di malefaciat. ſicut ſunt ſpudici reſpe/
ctus ⁊ laſciuie cōfabulatōes cū mulieri/

bus. Eccl.ix. Spēm mulieris multi ad
mirati reprobi facti ſunt ⁊c. B Dein/
de ponit dn̄s q̄ periculoſa ſit recidiua
tio in pctm̄ cū ait: ne deterius aliqd tibi
cōtingat. ⁊ iſtud piculū attendit̄ p̄ Pri
mo ex pte dei q2 recidiuās grauit̄ peccat
pp ſuā ingratitudinē. ⁊ iō a deo grauiꝰ
punit̄ p̄ Scḋo ex pte diaboli: q2 recidi/
uans fortius a diabolo cuſtodit̄. ſic eñ
miles caſtrū qḋ ſemel pdidit ſi poſtea il
lud recupat fortius munit ⁊ cautiꝰ cu/
ſtodit: ſic diabolus peccatorē recidiuā/
tē fortius munit q2 ſeptē ſpūs nequio
res ſe ibi ponit vt pꝫ Mat.xij. i. ad oīa
ſeptē pctā mortalia ipm trahit. ¶ Ter/
tio ex parte hoīs: q2 recidiuās facilius
poſtmodū in pctā labit̄. nā poſtquā to/
tiēs recidiuare ſe conſpicit: iam ex qua/
dam mala cōſuetudine peccare p nihi
lo ducit. Prouer.xviij. Impius cū in p/
fundū venerit peccatoꝝ: cōtēnit. ſꝫ ſe/
quit̄ eū ignominia ⁊ opprobriū 21
¶ Sabbato pˀie hebdē. Sermo primꝰ.

Aſſumpſit ieſus pe
trum ⁊
iacobū ⁊ ioānem: ⁊ duxit il
los in montē excelſum ſeor
ſum ⁊ transfiguratus ē ante eos. Mat.
xvij: Iſta trāſfiguratio ſignat gloriam
beatoꝝ. nā cū petrus modicū guſtū di/
uine dulcedis pguſtaſſet tanta dulcedi
ne ē repletus ꝙ quodāmō factus ē ebri
us. Uñ dixit: faciamꝰ hic tria taberna/
cula. tibi vnū. moyſi vnū. ⁊ helye vnuꝫ.
neſciēs qḋ dicēt. Sicut dr̄ Luc.ix. Nec
petiuit p ſe vt aliqḋ tabernaculuꝫ ſibi
fieret q2 beatū ſe putabat ſi i talibus ta/
bernaculis ianitor fieri mereret̄. Si er/
go modicus guſtus tātā fecit dulcedi/
nem: quātā faciet plenitudo qñ. ſ. imple
bit ſicut dicit pp̄ha. Inebriabuntur ab
vbertate domus tue. A Per illam igit̄
trāſfigurationē: ſanctoꝝ gloria ſignifica
tur q̄ a quattuor deſcribit̄. ¶ Pmo ab
amenitate loci. Scḋo a maieſtate dei.
Tertio a iocūditate cōſortij. Quarto a
glorificatōe pprij ſubiecti. ¶ Amenitas
aūt loci oſtenditur in hoc qḋ dr̄ ꝙ iſta
transfiguratio eſt facta in monte. nam i
monte herba viridis apta paſcuis na/
ſci cōſueuit. In monte igit̄ celeſti her/

ba viridis naſcitur que ouibus dei in paſcuis datur. Iuxta illō Ezech. xviij. Paſcā eas in mōtibus iſrael ibi requieſcēt in herbis virētib⁹. Iſtā herba ē xp̄s iuxta illud Gen̄. i. Germinet terra .i. beata virgo. herbā virētē .i. xp̄m deū ⁊ hominem. ⁊ dr̄ xp̄s viridis ⁊ nō albus vel niger. q: color albus vel niger ſunt colores extremi. color aūt viridis ē color medius inter albū ⁊ nigrū. natura aūt nō delectaꝛ circa extrema: ſʒ circa media. ⁊ iō oculus nō delectaꝛ naturaliter circa colores extremos .i. albū ⁊ nigrūʒ ſed circa colores medios .i. viridē. iuxta illud Ecc̄. xl. Grām ⁊ ſpēm deſiderabit oculus ⁊ ſup hoc virides ſatōes. Natura igiꝛ diuina ⁊ humana ſūt quaſi duo extrema .ſ. albū ⁊ nigrū. natura eniʒ diuina hʒ exceſſibilē claritatē. ⁊ iō oculus noſter ad eā nō pōt ptigere. i. Timoth. vi. Solus hʒ imortalitatē ⁊ lucē habitat inacceſſibilē. Natura vero humana hʒ de ſe quādā obſcuritatē. oculus igiꝛ humani intellectus in naturā diuinam non poterat ſe eleuare ꝓpter nimiā claritatem. nec in humana poterat inuenire refectiōes ꝓpter ſuam imꝑfectionem ⁊ obſcuritatē. iō cōiuncta ē natura diuina nature humane in vnitate perſone i xp̄o tāquā .ſ. color albus ⁊ niger. ⁊ ſic ipſe xp̄s totus viridis .i. amen⁹ ⁊ delectabilis ē fact⁹. iō xp̄s vocaꝛ ſe lignū viride. Lu. xxiij. dicēs: ſi in viridi ligno hoc faciūt in arido quid fiet. In monte igiꝛ celeſti inueniꝛ herba viridis .i. xp̄s tot⁹ delectabilis cuius viſio ē paſcua ouiū. q: paſcunꝛ ⁊ intus in cōtēplatōe deitatis: ⁊ extra in cōtemplatiōe humanitatis. Joan. x. Ingredieꝛ ⁊ egredieꝛ ⁊ paſcua inueniet. In hoc ēt mōte celeſti inueniunꝛ roſe martyꝝ. viole cōfeſſoꝝ. ⁊ lilia virginū. B ¶ Secūdo deſcribitur iſta trāſfiguratio xp̄i a maieſtate dei. In illa eniʒ trāſfiguratōe tota diuina maieſtatis .i. tota trinitas appuit .ſ. pr̄ in voce. filius in humanitate. ⁊ ſpūs ſanctus in nube ſicut dicit glo. per quod daꝛ intelligi ꝙ gloria ſanctoꝝ cōſiſtit in fruitione beate trinitatis. C Habent quidē homo tria tabernacula in aīa vbi non moyſes nec helyas ſed tantum ipſa beata trinitas habitat .ſ. memoriā. intelligētiam. ⁊ volūtatem. nam filius habitat i tabernaculo itelligētie implēdo ipſam dei pleniſſima cognitōe. ſpūs ſanct⁹ habitat in tabernaculo volūtatis implendo ipſam dei ſuauiſſimo amore. pater habitat in tabernaculo memorie implēdo ipſam cogniti ⁊ dilecti ꝑpetua retentione. De iſtis trib⁹ tabernaculis ⁊ māſionib⁹ trinitatis dr̄. Jo. xiiij. Ad eū veniemus ⁊ māſionē apud euʒ faciemus. ¶ Tertio deſcribiꝛ hec trāſfiguratio a iocūditate ꝯſortij. q: ibi fuerūt moyſes: helyas: petrus: iacobus: ⁊ ioannes. D In celeſti eiʒ glīa habebimus in ſocios oēs ſctōs veteris ⁊ noui teſtamēti. ſancti aūt veteris teſtamenti diſtinguūtur ad duos ordines .ſ. in pr̄iarchas q intelligunꝛ p moyſen. ⁊ in ꝓphas qui intelligunꝛ p helyā. ſancti aūt noui teſtamēti diſtinguūꝛ in tres ordines .ſ. in martyres qui intelligunꝛ p iacobū qui interꝑtatur ſupplātatoꝛ. in cōfeſſores q fuerunt pleni ſapiētia dei qui intelligunt p petrū q interꝑtaꝛ agnoſcēs. ⁊ in vgīes q intelligunꝛ p ioānē q: vgo a deo electus. Vel pōt dici ꝙ xp̄s voluit hic teſtimoniū ſui aduētus ab illis q ſunt i celo .i. a pr̄e qui dixit: hic ē fili⁹ meus dilectus. Ab illis qui ſunt in mūdo .i. a petro iacobo ⁊ ioāne. Ab illis q ſunt i terreſtri padiſo .ſ. ab helya. ⁊ ab illis q ſūt in iferno ſiue in limbo .i. a moyſe vt nō tm̄ in ore duoꝝ vel triū teſtiū ſtet oē verbū: ſʒ i ore quattuor teſtiū ſtet oē vbum. ¶ Quarto deſcribiꝛ hec trāſfiguratio a glorificatiōe ſubiecti: eū dr̄ reſplēduit ſicut ſol facies eius. veſtimēta eius ſic nix. In hoc ſignaꝛ beatitudo ⁊ gloria q bus corpa ſanctoꝝ iduētur. maxime at p hoc ꝙ facies eius reſplēduit ſicut ſol notāter quattuor dotes qb⁹ corpa ſctōꝝ dotabunꝛ. E Sol eiʒ hʒ imēſam claritatē ⁊ per hoc ſignatur dos claritatis. Mat. xiij. Tūc iuſti fulgebūt ſicut ſol i regno pr̄is eoꝝ. Eſt ēt radius ſolaris tāte ſubtilitatis ꝙ vitrū penetrat. ⁊ p hoc oſ̄diꝛ dos ſubtilitatis. p quā nullū corpus obſiſtet. ſicut pʒ quādo xp̄s poſt reſurrectionē ianis clauſis itrauit. Eſt ēt ſol magne velocitatis. ⁊ per hoc notaꝛ



dos agilitatis: q: ſicut ait Aug. Vbicūꝗ volet ſpūs illic erit ꝓtinus ⁊ corpus. Eſt ēt ſol ſubſtātie incorruptibilis. ⁊ per hoc notaꝛ dos ipaſſibilitatis. i. Coꝛ. xv. Seminaꝛ in corruptiōe ſurget in corruptionem.

¶ Eodē ſabbato pr̄ie hebdomade quadrageſime. Sermo ſecūdus. 22

Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bn̄ cōplacui. Chriſtus hʒ in celo pr̄em ſine mr̄e. ⁊ in terra hʒ mr̄em ſine pr̄e. quāuis aūt pr̄ ꝓpoſitū verbū dixerit. nihilominus tamē ⁊ mr̄i cōuenire pōt vt dicat. hic ē filius meus dilectus. ꝓut igiꝛ mr̄i ꝯuenit tria de filio dixit. ¶ Pr̄io ꝙ ipm̄ tāquā vera mr̄ filiū genuit. cū dixit: hic ē filius meus. ¶ Scd̄o ꝙ ipm̄ ſingulari amore dilexit: cū ait dilect⁹. ¶ Tertio ꝙ ſibi ſemper in oībus ꝯplacuit. cū ſubiūxit i quo mihi bn̄ ꝯplacui. A Circa primū notādū ꝙ ipſa fuit xp̄i vera mr̄ ⁊ tota mater. alie mr̄es ⁊ ſi ſint vere mr̄es nō ſunt tote mr̄es. q: pr̄ in gn̄atione filij ptē habʒ. ipſa aūt tota mr̄ fuit q: tota ſubſtantia corporis xp̄i de ſuis viſceribus ſumpta extitit. iō dr̄ Hiere. xxxi. Creauit dn̄s nouū ſup terram. femina circūdabit virū qd̄ tribus mōis exponi pōt. B ¶ Primo ſic: ſolet hō circūdare qd̄ ē ſuū ꝓpriū nō qd̄ ē alienū. cetere mr̄es puerū in vtero non circūdederūt. q: caro pueri nō fuit tota ꝓpria ipſaꝝ ſed eſt ibi de alieno .ſ. de ſemine paterno. ſola aūt virgo Maria in vtero circūdedit filiū ſuū: quia in eius vtero nihil de alieno fuit ſed totū virginis extitit. ¶ Secūdo pōt aliꝛ ſic exponi. nam ſicut dicit Aug. cetere figure diuerſis lineis clauduntur. ſola aūt linea ſeu figura circularis vna tm̄ linea claudiꝛ. caro aūt ceteroꝝ pueroꝝ ex diuerſis lineis pficiꝛ: q: ex ſemine vtriuſꝗ parētū generaꝛ. gn̄atio aūt xp̄i diciꝛ circūdatio. q: facta eſt tm̄ de vna linea .ſ. de carne virginea. ¶ Tertio exponiꝛ ſic. illud ē circūdatū qd̄ ex omni parte ē clauſum. nā ſi in aliqua pte aptū fuerit: circūdatio non erit. Beata igiꝛ virgo xp̄m circūdedit: q: ante ptū: ⁊ in ptu ⁊ poſt ptū clauſa ꝑmanſit. C ¶ Scd̄o beata virgo ſingulari amore xp̄m dilexit. Scd̄m enim Ber. debem⁹ diligē deū dulciter ne caro nos alliciat. fortiter ne aduerſitas mūdi nos frāgat. ⁊ ſapiēter ne diaboli aſtucia nos dcipiat. Iſtis tribus modis beata virgo xp̄m dilexit. ¶ Primo dulciꝛ eū dilexit: q: pre nimia dulcedine tota liq̄facta fuit. ſicē eniʒ aurū liq̄ſcit ad ardorē ignis. ſic ei⁹ aīa tota liq̄facta fuit ad ardorē diuini amoris Cant. v. Aīa mea liq̄facta ē. Tā dulciter dilexit ꝙ amor ei⁹ i ea extaſim faciebat. fecerat q̄daʒ amor extaſim in filio qui in cruce exiſtens ſua vulnera obliuiōi tradebat ⁊ nr̄is memor erat ſic ⁊ extaſiʒ fecerat in mr̄e q̄ in medio interfectoꝝ manebat nec ipos expaueſcebat. ¶ Scd̄o dilexit eū fortiꝛ. nā tpe paſſiōis xp̄i qdā fuerūt fortes in amore ſʒ debiles i aſſociatione ⁊ fide: ſicē apl̄i q ipm̄ viuū dilexerūt: ſʒ tm̄ ab ipo receſſerūt ⁊ fidē pdiderunt. Alij fuerūt fortes in aſſociatiōe ⁊ in amore: ſʒ tm̄ debiles in fide. ſicē deuote mulieres q̄ xp̄m mortuū dilexerunt ⁊ ab ei⁹ cruce nō receſſerūt: ſʒ tm̄ fidē pdiderunt. D Bt̄a aūt virgo fuit fortis i amore. q: filiū ſemp dilexit. imo facili⁹ fuiſſʒ ei mori q̄ ab eius dilectiōe ſeparꝛ. Cant. viij. Fortis ē vt mors dilectio. fuit fortior in aſſociatiōe. q: iuxta crucē imobilis ſtetit. Jo. xix. Stabat iuxta crucē ieſu mr̄ eius ⁊c. fuit fortiſſima i fide: q: fides in ipa ſola remanſit. nec tēpore paſſiōis extingui potuit. iō bn̄ dr̄ d ea. Prouer. vltio. Nō extingueꝛ in nocte .i. in tribulatōe paſſiōis ei⁹. lucerna ei⁹ .i. fides ei⁹ q̄ totū mūdū illumiat. E Tertio dilexiꝛ eū ſapiēter qd̄ pʒ p tria ſigna ¶ Primū ē quātūcūꝗ fili⁹ ſu⁹ eēt puer delicatus. tm̄ in his que dei erāt ſibi parcere nollebat: ſed ad feſtiuitates euʒ ducebat. ¶ Scd̄m ē ꝙ quātūcūꝗ eū diligeret tm̄ nūquā ſibi diſſuadē voluit qn crucē aſcēderet ⁊ mortē ꝓ humano genere ſuſtineret. ¶ Tertium ē ꝙ quāuis ſciret filium ſuum in cruce poſitū grauiſſimos dolores pati: tamen nūquam ſibi ſuaſit vt de cruce deſcēderet ⁊ a doloribus ſibi parceret. ex quo inſtruūtur parentes ꝙ filios ſuos a pueritia bonis ſtudijs debent aſſuefacere: nec a

a bonis ꝓpoſitis ⁊ opibus penitẽtie eos
retrahere nec vt pniam aſſumptã deſe/
rant oꝫ eis pſuadere. ℂ Tertio xp̄s ma
tri ſemꝑ ꝯplacuit. Ille filius matri cõ/
placet: q̄ de matre curaꝫ ſollicitã habet.
¶ Xp̄s curã de matre habuit in ſua in
fãtia: q: ſigilla pudoris ſibi illibata ſer/
uauit. In ſua pueritia: q: in oĩbus ſibi
ſubdit⁹ fuit. Luce.ij. Deſcendit ⁊ venit
nazareth: ⁊ erat ſubdit⁹ illis. In ſua iu/
uẽtute: q: īuitatus ad nuptias ad ꝓces
matris aquã in vinum mutauit. In ſua
paſſiõe: q: de cruce ipſaꝫ ioãni ꝯmẽda/
uit. Poſt ſuã reſurrectionẽ: q: ſicut di/
cit Sedulius xp̄s reſurgẽs ꝓimo ma/
rie apparuit. Poſt ſuã aſcenſionẽ: q: ad
eius mortẽ venit in anima ⁊ in corpore
ipſaꝫ aſſumpſit: ⁊ ad ſue maieſtatis dex
teram collocauit.

ℂ Dominica ſecunda in quadra/
geſima Sermo primus. 23

Egreſſus ieſus ſeceſ/
ſit i ꝑtes ty
ri ⁊ ſydonis: ⁊ ecce mulier
chnanea a finib⁹ illis egreſ
ſa clamabat dicens: Miſerere mei fili
dauid. Mat.xv. Iſta mulier volẽs filie
ſue ſanitatẽ ĩpetrare ſapiẽter ſciuit al/
legare. ¶ Primo eniꝫ apud xp̄m capta/
bat beniuolẽtiã in eo q̄ vocabat eũ dñꝫ
⁊ filiũ dauid. Et in hoc ꝯfitet̄ eũ eſſe ve/
rũ deũ ĩquãtũ vocat eũ dñm. Et verum
hoĩem inquãtũ dicit ip̄m eẽ filiũ dauid.
¶ Secũdo inſinuat ſuã tribulationem
⁊ miſeriam cum dicit: Filia mea male a
dmonio vexatur. ¶ Tertio iplorat eius
miſericordiã cum dicit: Miſerere mei.
A Chriſtus autẽ quattuor magnas du/
ritias oſtendit ſibi nõ vt eam cõfunde/
ret ſed vt eius fidem ⁊ conſtãtiaꝫ ꝓba
ret. ¶ Prima duritia fuit in hoc q̄ ni/
hil ſibi reſpõdere voluit tanq̄ ſi eſſet ex
cõicata vel xp̄i reſpõſione indigna. Vñ
dicitur q̄ non reſpõdit ei verbũ. ¶ Se/
cunda duritia fuit in hoc q̄ dixit ipſaꝫ
nõ eſſe de ouibus iſrael. Vñ dixit: Non
ſum miſſus niſi ad oues que perierunt
domus iſrael. Oues aũt iſrael erãt oues
dei. In hoc ergo q̄ dixit eam nõ eſſe de
ouibus iſrael: iſinuauit ipſam nõ eẽ de
ouibus dei: ⁊ per ꝯſequẽs relinquebat

q̄ eſſet de ouibus diaboli. ¶ Tertia du/
ritia fuit in hoc q̄ ipſaꝫ canem appella
uit. Non ſoluꝫ enim ipſaꝫ dixit non eſſe
dei ouem: ſed etiã eſſe canem. ℂ Quar/
ta duritia fuit in hoc q̄ dixit eã non eſſe
dignã veſci pane cũ dixit: Non eſt bonũ
ſumere paneꝫ filioꝝ ⁊ mittere canibus.
Ecce quot ⁊ quantas magnas duritias
xp̄s ſibi oſtẽdit: vt eius cõſtantiã ꝓba/
ret. Non eſt aliqua mulier ita paciens
nec ita ſancta que ſi alicui quãtũcunq̄
magno viro loqueret̄ ⁊ ipſe ſibi tãq̄ ex/
cõicate loqui nollet. Et inſuꝑ illã oueꝫ
diaboli diceret ⁊ canẽ appellaret ⁊ idi/
gnã eã pane eſſe aſſereret que nõ recede
ret turbata ⁊ ſcandalizata. Ipſa aũt in
oĩbus ꝯſtans ⁊ patiẽs ſemꝑ fuit. ℂ Nã
quãtũ ad primã duritiaꝫ ſe habuit pru/
denter. Quis enim a ꝑncipio ire noluẽ/
rit ad petrũ nec ad iacobũ nec ad ioan
neꝫ nec ad aliquẽ aliũ diſcipulũ: ſed ad
ipſum xp̄m. Tũ vidẽs q̄ xp̄s ſibi rñde/
re nolebat prouidit ſibi ⁊ ad diſcipulos
iuit rogãs eos vt pro ipſa itercedere di
gnarent̄. Tũc accedẽtes diſcipuli roga
bãt eũ dicẽtes. Dimitte eã.i. fac q̄d ipſa
petit. ⁊ ſic recedat: q: clamat poſt nos.
In hoc eniꝫ eã tenes: q: q̄d petit non cõ
ples. ℂ Quãtũ ad ſcd̄am duritiã habu
it ſe magnanimiter. nã dũ diſcipuli pro
ea rogarẽt ⁊ ipſe diceret eã nõ eẽ de oui
bus dei ⁊ ꝯſequẽter de ouibus diaboli.
Illa hoc audiẽs ſumpta fiducia ꝑrimus
ad eũ appropinquauit ⁊ adorauit eũ di
cens: Dñe adiuua me. Ac ſi dicat: Uſq̄
modo fui ouis diaboli: mõ vellẽ eſſe de
ouibus dei. Et in ſignum huius adoro
vos ſicut ouis paſtorẽ ſuũ. Idcirco dñe
adiuua me ſicut paſtor adiuuat ouẽ ſu/
am debilẽ ⁊ infirmã. ℂ Quantũ ad ter/
tiam duritiã ſe habuit humiliter: q: qñ
xp̄s canẽ eã vocauit ipſa hoc nõ nega/
uit ſed canẽ ſe eſſe ꝯfeſſa fuit dicẽs: Etiã
dñe. Ac ſi dicat: Dñe me vocas canẽ: ca/
nis tuus volo eẽ. Dñi aũt canũ nõ expel
lunt eos. ⁊ ſi eos expellũt per vnã por/
tam: per aliã reuertunt̄. Si ergo ſum ca
nis nõ debes me expellere a te. ⁊ ſi expu
leris me: ad te ꝑrimus redibo. ℂ Quã/
tũ ad quartã duritiã ſe habuit ſapiẽter
qñ ei dixit q̄ non erat digna comedere



panẽ filioꝝ. Illa rñdit ſapiẽter: Dñe nõ
peto panẽ ſed micã: q: illud q̄d peto eſt
tibi parua mica. ⁊ maxime ſi ego ſuꝫ ca
nis ſicut me vocaſti. Et ꝯſuetudo eſt q̄
dñi dant canibus ⁊ catellis ſuis ſaltem
micas. Ergo da iſtã micã quã peto.i. fi/
lie mee curationeꝫ. Et rñdit ei ieſus: O
mulier magna eſt fides tua. Iã non vo/
co te canẽ: ſed mulierẽ fidelẽ. Quia tãta
eſt fides tua q̄ me ſuperauit ⁊ vicit. Et
ideo fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia
eius ex illa hora. ℂ Notãdũ eſt autẽ q̄
qñ quis ad aliquã ſublimẽ perſonã gra
tiã aliquã petiturus accedit: illos ſecuꝫ
in ſocietatẽ ducit: quos illi⁹ pſone ami/
cos eſſe credit. Iſta igit̄ mulier ad xp̄m
volẽs accedere ⁊ ſanitatẽ pro filia ipe/
trare: illas virtutes ſecuꝫ aſſũpſit quas
xp̄o magis gratas eẽ cognouit.ſ. patiẽ/
tiã: fidẽ: humilitatẽ ⁊ pſeuerãtẽ orõneꝫ.
Patiẽtia enim fuit ſoror xp̄i. Fides aũt
filia xp̄i. Humilitas ẽ mater xp̄i. Et ora
tio nũcius fidelis ad xp̄m. B ℂ Pri/
mo igit̄ aſſũpſit patientiã que fuit ſoror
xp̄i: q: ip̄m nunq̄ deſeruit nec i vita nec
in morte: ſed tanq̄ ſoror idiuidua ſemꝑ
eũ aſſociauit. Yſa.xlij. Tacui: ſemper ſi/
lui: patiẽs fui ⁊c̄. ℂ Iſta aũt patiẽtia
in tribus iniurijs ꝯprobat̄.ſ. verboꝝ: re
rũ ⁊ pſone. In his tribus patiẽtia iſtius
mulieris ꝓbata fuit. ℂ Primo nãq̄ ſu
ſtinuit iniuriã i verbo qñ xp̄s ipſam ca/
nẽ appellauit. Nõ eſt aliqua mulier ita
patiẽs q̄ ſi canis diceret̄ ab aliquo ſal/
tẽ rñderet nõ eſt veꝝ q̄ ſim canis: ſꝫ bo/
na dña de terra mea. Iſta aũt nõ tm̄ pa
tienť portauit q̄ xp̄s eã canẽ vocauit: ſꝫ
etiã ſeipſaꝫ canem appellauit. Sciebat
eniꝫ q̄ xp̄s dicebat hoc nõ cauſa inuiet
andi: ſed eã ꝓbandi. ℂ Scd̄o ſuſtinuit
iniuriã i rebus: q: oĩbus bonis expolia
ta fuit a iudeis. Vñ dicit Hylari⁹ q̄ cha
nanei terras in q̄bus iudei ſunt prius
coluerũt. q vltimo bello ꝯſumpti vel in
loca vicina diſperſi vel in ſeruitutẽ ſub
iecti: nomẽ tñ ſuum circũferũt. Ex illis
ergo iſta chananea fuit que iudeis ad/
mixta credit̄ cognouiſſe ex lege xp̄m ex
ſemine dauid naſcituꝝ eẽ. Illã aũt iniu
riã ſcꝫ bonoꝝ ſuoꝝ ablationeꝫ libenter
portabat. ℂ Tertio ſuſtinuit iniuriam

pſonaleꝫ ſcꝫ filie ſue oppreſſionem: q: a
diabolo grauiter opprimebat̄: quã op/
preſſionẽ ꝓpriã reputabat. Vñ nõ dice/
bat. Dñe miſerere filie mee: ſꝫ miſerere
mei dñe. Iſtã aũt talẽ iniuriã nõ libẽter
ſicut primã nec patiẽter ſicut ſecũdã: ſꝫ
grauiter ferebat. Si xp̄s canẽ eã voca/
uit: de hoc habuit magnã letitiã. Si hõ
bona ſua rapuit ⁊ in ſeruitutẽ ipſaꝫ re/
degit de hoc habuit patiẽtiã. Sꝫ q̄ dia
bolus in domo ſua habitaret de hoc pa
tiẽtiã habere nõ poterat: ⁊ ideo ad xp̄ꝫ
clamabat: miſerere mei ⁊c̄. Hoc eſt ꝯtra
multos q in aduerſitatibus a deo datis
murmurãt ⁊ in pſecutoĩbus hoĩuꝫ blaſ
phemãt. Sꝫ ſi i domo aĩe ſue diabolus
habitat de hoc nõ curãt nec ad deũ cla
mãt. B Scd̄o aſſũpſit fidẽ que eſt filia
xp̄i: q: ab ip̄o in cordibus nr̄is generat̄.
Ephe.iij. Habitare xp̄m ꝑ fidẽ in cordi/
bus nr̄is. Illã aũt fidẽ iſta mulier habu
it. Vñ dixit ei xp̄s: O mulier magna eſt
fides tua. Tũc aũt fides ẽ magna qñ eſt
opibus ꝯiũcta: charitati admixta: pſe/
uerãs ⁊ firma. Fides eniꝫ q̄ eſt ſine ope
ribus hꝫ ocioſitatẽ. ⁊ talis ẽ fides malo
rũ xp̄ianoꝝ. Iaco.ij. Fides ſine opibus
mortua ẽ. Si vero nõ ẽ charitati adiun
cta hꝫ ĩutilitatẽ. ij. Coꝝ.xiij. Si habue
ro fidẽ ita vt mõtes trãſferã: charitateꝫ
nõ hũero nihil ſuꝫ. Et iſta ẽ fides demo
nũ q ſunt extra ſtatũ merẽdi: nec vlteri⁹
charitatẽ hẽre pñt. De quoꝝ fide dicit̄
Iac.ij. Tu credis q: vn⁹ ẽ deus ⁊ bñ fa/
cis. ⁊ demones credũt ⁊ ꝯtremiſcũt. Si
aũt fides nõ ẽ pſeuerãs ⁊ firma hꝫ puſil
lanimitatẽ. Et iſta ẽ fides debiliũ. De q̄
di Mat.viij. Modice fidei q̄re dubita/
ſti. Luce.viij. Ad tp̄s credũt ⁊ in tẽptẽ/
tationis recedũt. His tribus modis fi/
des iſti⁹ mulieris fuit magna. Fuit eniꝫ
opibus ꝯiũcta: q: vacabat opibus miſe
ricordie tã corporalibus: inquãtuꝫ filie
infirme ſeruiebat: q̄ ſpũalibus inquãtũ
pro ipſa orabat: fuit charitati admixta.
Vera enim charitas aliena incõmoda
reputat ſua. Vñ iſta mulier vexationẽ
filie ſue ſuã ꝓpriã reputabat. Fuit etiã
pſeuerãs ⁊ firma: q: ſepe repulſa fuit: ⁊
tñ pſeuerauit. ℂ Tertio aſſũpſit humi/
litatem que fuit mater xp̄i. Dicit enim

Ber. ꝙ beata virgo ⁊ ſi virginitate pla-
cuit: tñ ex humilitate cõcepit. quãtũcũ-
qȝ enim fuiſſet virgo ſi humilis nõ fuiſ-
ſet: deũ nõ cõcepiſſet. Et q: per humilita
tem cõcepit: iõ humilitas quodãmõ mr
fuit xpi. Iſtã aũt humilitatẽ iſta mulier
ſecũ habuit: ⁊ iõ exaudiri meruit. Iuxta
illud ps. Reſpexit in orõem humiliũ.
E Humilitatẽ aũt ſuam iſta mulier oſtẽ
dit exẽplo: vbo: ⁊ facto. Exẽplo: q: xpm
adorauit. Verbo: q: ſe catulam aſſeruit.
Facto: q: inter iudeos in ſeruitute hu-
militer cõuerſabať qđ fuit magne vir-
tutis: cũ iudei eẽnť ſuperbi. Inter ſup-
bos enim ſcire humiliter cõuerſari ma
gna virtus ẽ. Duo enim humiles ⁊ mã-
ſueti pñt adinuicẽ cõuerſari. Unus hu-
milis ⁊ vnus ſupbus pñt adinuicẽ cõ-
uerſari. Unus humilis ⁊ vnus ſupbus
pñt adinuicẽ pacificari. Duo aũt ſupbi
nũquam adinuicẽ pacificari pñt nec cõ
uenire. Videmus enim ꝙ duo corpora
plana pñt adinuicẽ applicari. vnũ aũt
corpus ſpericũ ⁊ vnũ corpus cõcauum
recipit intra ſuã cõcauitatẽ illius tumo
rem. Duo autẽ corpa ſperica ⁊ tumida
applicari nõ pñt niſi in pũcto. eodem
mõ duo hoĩes hũiles ⁊ mãſueti pñt ad-
inuicẽ pacificari ⁊ letari. ps. Audiãt mã
ſueti ⁊ letenť. Chriſt⁹ erat humilis. di-
ſcipuli eius erãt humiles: ⁊ iſta mulier
erat hũilis. iõ adinuicẽ bñ cõueniebãt.
nã ipſa orabat. diſcipuli ꝑ ea intercede-
bãt. ⁊ xps eius pces exaudiebat. Unus
aũt hũilis ⁊ vnus ſupb⁹ pñt adiuicẽ pa
cificari. q: humilis itra ſuã humilitatẽ
recipit ⁊ ſupportať illius tumiditatem.
ps. Cũ his q oderũt pacẽ erã pa. Eodẽ
mõ iſta mulier erat hũilis ⁊ iudei ſupbi
q ipſam ſubiugauerãt in ſeruiturẽ: ⁊ tñ
cũ illis humilr ſeruiebat ⁊ ſciebat viuẽ
⁊ eoꝝ ſupbiã humilr ſupportare. duo
aũt ſupbi adinuicẽ pacificari nõ pñt ni
ſi in pũcto. pũgẽ q dẽ ſe pñt: pacificari ñ
pñt. Prou. xiij. Inť ſupbos ſp iurgia ſ.

¶ De eadẽ dñica ſcđa qdrageſime. Sermo ſecũdus. 24

Ecce mulier cananea a fi-
nib⁹ illis egreſſa cla.
d. M. fili dauid. Si aliquib⁹
viris in exẽplũ ꝓponerenť
ſancti qui pceſſerũt: forſitan ſe excuſarẽt
⁊ dicerẽt. nõ poſſumus ſctõs imitari q
tot donis ſpũs ſcti pueti fuerunt. Rur-
ſus ſi ꝓponerenť feminis in exẽplũ aliq
viri fortiter deo ſeruiẽtes: forte ſe excu-
ſarent ⁊ dicerẽt: nos cũ ſimus fragiles:
viros nõ poſſumus imitari. ablata ẽ eiȝ
excuſatio in iſta muliere cananea tã vi-
ris ꝗ feminis. Si ergo nõ potes tu vir
imitari ſctõs. vel tu femina non potes
imitari viros: ſaltem vterqȝ imitemini
hãc mulierẽ que tãte fidei ⁊ orõnis exi-
ſtit apud deũ. In pñti euãgelio de quat
tuor: pſonis fit mẽtio. ſ. de xpo: de mulie
re cananea: de filia a demonio male ve
xata: ⁊ de diſcipulis ꝑ ea orãtibus. In
xpo aũt cõmendať magna miſeratio. in
mulië iſtãs poſtulatio. in filia: a demo-
nio mala vexatio. in diſcipulis magna
ↄpaſſio. A Cõmendať igiť in xpo ma-
gna miſeratio. iõ mulier quãuis ſciret
xpm hẽre oĩpotẽtiã p quã filiã ſuã ſana-
re poſſet. hẽre ſapiam p quã ſanare ſciret.
nõ petit potẽtiã: nõ ſapiã: ſȝ tñ miſeri
cordiam eius dicẽs: Miſerere mei dñe
fili dauid. Lȝ eim deus añ incarnatõẽȝ
multũ eẽt miſericors. tñ poſtꝗ aſſũpſit
carnẽ de dauid ⁊ factus ẽ hõ. tñc fact⁹
ẽ magis miſericors. lȝ eiȝ de⁹ prius vide
reť humano generi durus. tñ in ipſa ſui
icarnatõe oleo ſpũs ſcti ſic fuit vnctus
ꝙ factus ẽ poſtmodũ molis ⁊ mãſuet⁹:
Sicut enim accidit in corio duro ⁊ ri-
gido qđ qñ inungiť flexibile ⁊ mole ef-
ficiť Yſa. lxi. Spũs dñi ſup me: eo ꝙ
vnxerit me: ad ãnũciã dũ mãſuetis mi-
ſit me. B Olim erãt qttuor dura ⁊ infle-
xibilia. ſ. celũ: qđ nullũ hoĩeȝ voluit re-
cipere. angelus: q nulli⁹ aĩam volebat
ad celũ portare. de⁹: q hũanũ gen⁹ ſibi
nolebat recõciliare. ⁊ mors: q bonos ⁊
malos ad ifernũ feſtinabat deducẽ. Sȝ
in xpi incarnatõe i tãta abũdãtia effuſa
ẽ vnctio ſpũs ſcti: ꝙ iſta qttuor dura: fa
cta ſunt flexibilia. ſiqdẽ celuȝ ẽ vnctũ: ⁊
ſic factũ ẽ flexibile ꝙ oẽs penitẽtes ſu-
ſcipit. Angelus ẽt vnct⁹ ẽ: ⁊ ſic factus ẽ
mãſuetus vt aĩas oĩuȝ ſanctoꝝ viroꝝ
ac ſanctaꝝ mulieꝝ deducat. De⁹ aũt pẽ
ẽ vnct⁹ ⁊ factus ẽ ĩtatũ ad miſericordiã
flexibilis ꝙ petõr ẽ penitẽtẽ ad miſeri-
cordiã recipit. Mors ẽ vncta: ⁊ facta eſt
mãſueta ita ꝙ mõ a ſanctis deſiderať ⁊
nulli ſancto viro de cetero dñať. Sȝ di-
cunt illud Phil. Cupio diſſolui ⁊ eẽ cũ
xpo. Sciẽs ergo iſta mulier xpm i incar
natione fuiſſe vnctũ ⁊ factũ eẽ mãſuetũ
iõ ad memoriã h reduxit dicẽs: Miſere
re mei dñe fili dauid. C ℣ Scđo ponit
perſona mulieris cananee: in qua fuit i
ſtans petitio. petijt eiȝ vtiliter: humilr:
ſeruẽter: ⁊ ſapiẽter. ℣ Utiliter quidẽ pe
tijt petẽdo. ſ. illud qđ erãt ſibi vtile ⁊ deo
acceptũ. nõ enim petijt diuitias: ſȝ oib⁹
bonis eẽt a iudeis expoliata. nõ eiȝ pe-
tijt vindicta: ſȝ de terra ſua eẽt expulſa.
nõ petijt libertatẽ: ſȝ cũ ceteris canane-
is in ſeruitutẽ eẽt a iudeis ſubiugata. ſȝ
petijt demonis expulſionem: a quo filia
ſua tenebať obſeſſa. ſed multe ſunt ma-
tres q plus curãt filijs ſuis cõgregare
diuitias ꝗ demonis expulſionẽ. tales
multũ flebũt qñ filios ſuos ad inferna-
le patibulũ duci videbũt: ⁊ dici poterit
eis. filie hierlm nolite flere ſup me ſed
ſup filios vr̃os. Flebũt qdẽ ſup xpm: vt
iducãt eũ ad ↄpaſſionẽ. flebũt ſup ipas:
q: nõ adhibuerũt circa filios ſuos debi
tã correctionẽ. Flebũt ſup filios quos vi
debunt traditos ad eternã dñationem.
Sȝ pꝛias lachꝛymas dñs remouet: ne. ſ.
ſup eũ plorẽt: q: nõ poſſent eũ ad miſeri
cordiã inclinare. alĩas duas cõcedit eis
ꝙ. ſ. plorẽt ſup ſe: ⁊ ſup filios ſuos. ac ſi
dicat dñs: nolite flere ſup me: q: nũquã
me ad miſericordiã inclinabitis. ſȝ flete
ſup vos: q: filios vr̃os nõ correxiſtis. ⁊ ſu
per filios vr̃os quos i ppetuo tormento
videtis. D ℣ Scđo petijt humilr: ⁊ in-
tantũ hũiliauit ſe ꝙ canẽ ſiue catulã ſe
appellauit. ps. Reſpexit i orõeȝ hũiliũ.
hũilitas eim orõni coniuncta tria bona
facit. ¶ Unũ ẽ: q: ipam in celũ deducit.
¶ Scđm ẽ: q: vſqȝ ad deũ appropinqua-
re facit: imo nõ ↄſolať donec deo appro
pinquat. ¶ Tertiũ ẽ: q: niſi de⁹ cõcedat
illud qđ petijt nõ recedit. Iſta tria tan-
gunť Eccl. xxxv. orõ hũiliãtis ſe: nubes
penetrat. ecce primũ. ⁊ donec appropin
quat non cõſolať. ecce ſcđm. ⁊ non diſce
dit donec reſpiciat altiſſimus. ecce ter-
tium. ¶ Tertio petijt feruẽter. qđ notaf
tur in clamore. nõ eim clamabat tñ ore
ſȝ maxime corde. iuxta illud ps. cxxviij.
Clamaui in toto corde meo exaudi me
dñe. E Et bñ dixit in toto corde meo.
cũ eim in corde ſint duo. ſ. intellectus ⁊
affect⁹. illi clamãt i toto corde: q i orõe
ſua attentionẽ ſuam hñt ⁊ deuotiones
iuxta illud. i. Cor. xiiij. Orabo ſpũ ora-
bo ⁊ mẽte. Alij clamãt cũ medio corde
q. ſ. hñt attẽtionẽ ⁊ nullã ſentiũt deuo-
tionẽ. Oſee. x. Diuiſum eſt cor eoꝝ. Alij
clamãt cũ nullo corde: qui. ſ. nullaȝ ha-
bẽt attẽtionẽ nec deuotionẽ. Marc. vij.
Populus hic labijs me honorat. cor
aũt eoꝝ lõge ẽ a me. ¶ Quarto petijt ſa
piẽter: q: ſapiẽter ſciuit allegare dicẽs:
Nã ⁊ catelli edũt d micis ⁊c̃. Uñ chriſt⁹
rñdit ei vt dř Marci. vij. Propť hũc ſer
monẽ dixit vade exijt dmoniũ a filia tua
Allegauit ẽt ſupius xpi miſericordiaȝ:
cũ dixit: Miſerere mei dñe fili dauid.
Et ſuã miſeriaȝ cum dixit: filia mea ⁊c̃.
Iſta duo multũ iclinãt deũ ad nos ſicut
dicit ppha. ps. cij. F ¶ Primo eiȝ incli-
nat ipm ad miſerẽdum ſua pꝛia miſeri-
cordia: iõ dicit quõ miſereť pr̃ filioꝝ mi
ſertus ẽ dñs timẽtib⁹ ſe. ¶ Scđo incli
nat eũ nr̃a miſeria. ideo ſubdit: qm ipſe
cognouit figmẽtũ nr̃m vbi ponit miſe-
riam quã hȝ hõ ex pte principij: q: ẽ ſic
figmẽtũ d terra formatũ. iõ dicit: qm ip
ſe co. fig. nr̃m. G Deinde ponit miſeriã
quã hȝ ex pte finis: vbi futurus ẽ pul-
uis ⁊ cinis. iõ ſubdit: recordatus eſt qm
puluis ſumus. ¶ Tertio ponit miſeriã
quã hȝ ex parte medij. i. vite. q: ad iſtar
herbe vel floris hõ in vita mõ floreſcit i
iuuẽtute: mõ areſcit i ſenectute. mõ mar
ceſſit ⁊ putreſcit i morte: iõ ſubiũgit. hõ
ſicut fenũ dies ⁊c̃. H ¶ Tertio fit men
tio de filia male a demonio vexata: per
hoc ſignať petõr q aliqñ a demonio ve-
xatur male. aliqñ peius. aliqñ peſſime.
male vexať dũ ẽ inter pſpa ⁊ aduerſa.
na inter pſpa hȝ hõ ipatiẽtiã. inter ad-
uerſa hȝ ipatiẽtiã. I Dicit enim Aug.
ꝙ hõ aliqñ ẽ bon⁹ iter bõa. aliqñ malus
iter mala. aliqñ malus iter bona. Eſt eiȝ
aliqñ bon⁹ iter bõa: ſic qñ aliqs ſanct⁹
vir iter honores ⁊ diuitias ↄſtituť⁹: ñ di
mittit ſuã bõitatẽ: deĩde inť pſpa ſeruat

ſpantiā ⁊ humilitatē.talis fuit abrahā:
Iob:⁊ dauid.⁊ alii ſancti pr̄es:qui de di
uitijs paupēs ſuſtētabāt: ⁊ inter hono-
res ſe nō exaltabāt. Vn̄ dicebat vn⁹ eoꝝ
ps.cli. Dn̄e nō ē exal.cor meū. aliqn̄ eſt
bonus inter mala:ſicut quādo aliquis
ſeruus dei inter mala aduerſa patit̄: ſȝ
inter hec nō frāgit̄:ſed ſicut aurū i igne
recipit maiorē claritatē.ſic ſerui dei in-
ter aduerſa maiorē acquirūt ſanctitatē.
Aug. Qđ fornax auro.lima ferro.flagel
lum grano.hoc facit tribulatio viro iu
ſto.Eccl.ij. In igne pbat̄ aurū ⁊ argētū.
homines vero receptibiles:in camino
humiliatiōis. aliquādo homo ē malus
inter mala.ſicut quādo aliquis pecca-
tor aliqua patit̄ aduerſa:⁊ tamen non
emendat̄:ſȝ peior efficit̄. Hiere.vi. Fru-
ſtra cōflauit cōflator.malitie enim eoꝝ
non ſunt cōſumpte argētū repꝛobū vo-
cate eos.q: de⁹ piecit illos.aliqn̄ vero
hō ē malus iter bōa.ſicut qn̄ hō malus
multa bn̄ficia a deo recipit ⁊ nō cogno-
ſcit ſed potius intumeſcit. vn̄ ps.lxxij.
Prodijt quaſi ex adipe inīqtas eorum.
K Iſti igit̄ q vel hn̄t ipatiētiā in aduer
ſis:vel elationem in pſperis.male a de-
monio vexant̄.peius aūt vexat̄ pctōr in
ter pctā. Nā ſicut colligit̄ ex dictis ſalo
monis. Tria ſunt que hoī nō dāt qetem
in domo ſua.ſ.fumus ſtillicidiū:⁊ vxor
mala. Per fumū intelligit̄ ſupbia: que
aſcēdit ſȝ cito euaneſcit. ⁊ ſicut fumus
oculos excecat.ſic ſupbia mentē obſcu-
rat.per ſtillicidiū intelligit̄ auaritia: q̄
in corde hoīs multas āxietates ⁊ ſolli-
citudines ſtillat.i.Tim.vi. Qui volunt
diuites fieri incidūt in tētationē ⁊ in la
queū diaboli.per malā vxorē intelligit̄
mala carnis cōcupiſcētia:que homines
ſtimulat ⁊ iquietat. Male igit̄ pctōr ve-
xatūr q in pctō ſupbie vel auaritie vel
luxurie ē.peſſime aūt vexat̄ pctōr i con
ſuetudine lōga.tūc enim a diabolo te-
netur ⁊ p diuerſa vitia vexat̄. Aug. in li
bro cōfeſ. Suſpirabā ad te ligatus non
ferro alieno:ſȝ mea ferrea volūtate. vel
le meū tenebat inimicus:⁊ inde cathe-
nam mihi fecerat:⁊ conſtrinxerat me.
Quippe ex volūtate pūerſa pfecta ē li
bido. Et dū ſeruit libidini:facta ē ꝯſue

tudo.⁊ dum cōſuetudini non reſiſtitur
facta eſt neceſſitas. Quibus quaſi ānu-
lis ſibimet ānexis vnā cathenā appella
ui:tenebat me obſtrictū dura ſeruitus.
¶ Quarto fit mentio de diſcipulis in
qbus fuit magna compaſſio:iō rogabāt
p ea dicētes: Dimitte eā:q: clamat poſt
nos. Ex quo docemur q̄ quādo aliquid
a deo petere volumus ⁊ nos indignos
eē reputamus:ad ſanctos viros accede
re debemus. L Ut aūt illorum orōnes
petenti pſint:quattuor in ſe dȝ habere
put oñdit Dyonyſius in eccl'aſtica hie-
rarchia. ¶ Primū ē vt illud qđ petit cō
ſiderāter cōcupiſcat. ps. viiij. Deſideri-
um pauper exau. do. Aug. Seruat tibi
dn̄s qđ non cito vult dare:vt tu diſcas
deſiderare. ¶ Scđm eſt: vt ſit in ſtatu
gr̄e:q: aliter deus nō exaudiret ſi i pec
cato mortali eēt. Hier.xv. Si ſteterit
moyſes ⁊ ſamuel corā me: non ē anima
mea ad populū iſtū. ¶ Tertiū ē vt ſe in
ſufficiētem recognoſcat:⁊ illum ad quē
accedit ſufficiētē ē eē credat. Vnde ami
cis iob qui nō erant digni exaudiri ſe
pit dn̄s. Job.xlij. Job ſeruus me⁹ ora-
bit pro vobis: faciem eius ſuſcipiam.
¶ Quartū ē vt iuſta petat. Chꝛiſ. Illa
pete a deo que tibi expediant: ⁊ illum
deceat dare. Si autem ei ſemper petas
terrena.aut difficile impetras:aut for-
te non impetras. Quomodo enim illa
tibi libenter pſtabit nō hn̄ti:que ſi ha
beres admonet te vt cōtemnas. 25

¶ Feria ſcđa ſcđe hebđe. Sermo pm⁹.

Ego vado ⁊ queritis
me ⁊ i pec-
cato vr̄o moriemini. Jo.viij.
In iſto euāgelio dn̄s ponit
quedam verba que pertinent ad ipſum
inquātum ē filius dei.quedam que per-
tinent ad ipſum inquātum eſt filius ho
minis.⁊ quedā que ptinent ad iudeos
p quos peccatores intelligunt̄. A In-
quātum ergo xp̄s ē filius dei tria ſe hr̄e
dicit.ſ.celeſtē originē.eſſentiā iuariabi-
lem.⁊ eternitatē ſtabilē. F Primo igit̄
hȝ celeſtē originē:qđ oñdit cū dicit: Ego
de ſupnis ſuȝ. B Hȝ quidē xp̄s quod
dā ſupmū.ſ.deitatē. quoddā infimū.ſ.
humanitatē quātū ad carnē.⁊ quoddā



mediū.ſ.aiam rōabilē. Hō enim erat fa-
melicus:captiu⁹:⁊ a dei viſiōe excluſus
Quia igit̄ hō erat famelic⁹: iō xp̄s de-
dit ſibi ſuū infimū.ſ.ſuā carnē in refe-
ctionē. Jo.vi. Caro mea vere ē cibus:⁊
ſanguis meus vere ē potus. Quia vero
erat captiuus:dedit ei ſuū mediū.ſ.aīā
mā in redēptiōe. Jo.x. Animā meā po-
no p ouibus meis. Quia aūt erat a dei
viſione excluſus dedit ei ſuū ſupremū
ſ.diuinitatē in fruitionē. Jo.xvij. Hec ē
vita eterna vt cognoſcant te ſolū verū
deū. ¶ Scđo hȝ xp̄s eſſentiā iuariabilē.
iō ſubdit. Si enim nō credideritis quia
ego ſum: Nō dicit:q: ego fui vel ero:ſed
ego ſuȝ vt oñdat ſuā iuariabilē eēntiā.
Exodi.iij. Ego ſum q ſum. Jac.i. Apud
quē nō ē trāſmutatio nec viciſſitudis obū
bratio. C Oīs enim creatura mutabilis
ē ex pte principij:q: de nihilo facta eſt.
Ex pte medij:q: multiplici vanitati ſub
iecta ē. Et ex pte finis:q: in terrā oīa re-
digent̄. Eccs.iij. Cūcta ſubiacēt vanita-
ti:quo ad mediū. De terra facta ſūt om
nia quo ad pricipiū. Et i terrā pariter
reuertunt̄:quo ad finē vltimū. In deo aūt
nulla ē mutatio:ſȝ ipe manēs imobilis
oīa mouet. Boetius. Stabiliſq ipſe ma-
nens dat cuncta moueri. D ¶ Tertio
hȝ eternitatem ſtabilē. Jō dicit: Ego pri
cipiū qui ⁊ loquor vobis. In hoc autē
q̄ vocat ſe principiū oñdit q̄ hȝ cū pr̄e
coeternitatē ⁊ equalitatē. Eternitatem
aūt oñdit Aug. duplici exēplo. F Primo
exēplo ignis dicēs: Da mihi ignē ſine
ſplēdore:⁊ credā pr̄ē ſine filio eē. F Se
cūdo exēplo imaginis ⁊ virgulti dicēs:
Ponamus aliquid natū ſup aquam vt
virgultū aut herbā:nōne cū imagie ſua
naſcunt̄. Equalitatē aūt eius cum pr̄e
oñdit Greg. duplici rōe dicēs: Quid mi
rū ſi equalis ē prī qui prior ē mr̄e: Xp̄m
quoq̄ dei virtutē ⁊ dei ſapiētiā ȝ eē apo
ſtolo atteſtāte didicim⁹.qs aūt hō equa
nimiter ferret ſi quis ei dicēt. Magn⁹
qdē es:ſȝ ſapientia tua minor eſt te. E
F Scđo inquātū fuit filius hoīs tria de
eo dicunt̄.ſ.q̄ fuit valde ſecurus: val-
de ſanctus:ad patiēdum valde ſponta-
neus. ¶ Primo quidem fuit valde ſecu
rus:quod notatur cum dicit̄: Qui me

miſit mecū ē:⁊ nō reliquit me ſolū. Ho-
mo enim in nullo ſtatu ē ſecurus:nec i vi-
ta:nec in morte:nec poſt mortem. Nam
in vita poteſt cadere.i.Cor.x. Qui ſtat
videat ne cadat. In morte diabolus ni-
tit̄ ipm decipere. Gen.iij. dictū fuit ſer-
penti. Tu inſidiaberis calcaneo illius.
Poſt mortē diabolus conat̄ laqos ap-
ponere. ps.cxlij. In hac via qua ambulabā
abſcondē. ſupbi laqueū mihi. Chꝛiſtus
aūt fuit valde ſecurus:q: pr̄ eū nūquā
reliquit:ſed ſemp ſecū fuit in vita i mor
te ⁊ poſt mortē. Nā ſecū fuit in vita om
nia opa faciēdo. Jo.xiiij. Pater autē in
me manēs.ipe facit opa. Item eiuſdem
x. Si nō facio opa pr̄is mei nolite mihi
credere:ſi aūt facio ⁊ ſi non vultis mihi
credere:opibus credite vt cognoſcatis
q: ego in pr̄e ⁊ pr̄ in me eſt. Fuit ſecū in
morte demones ⁊ oēs hoſtes debellan-
do. Hiere.xx. Dn̄s mecum ē tāquā bella
tor fortis:iccirco qui pſequūtur me ca-
dent ⁊ infirmi erūt. Fuit ſecū poſt mor-
tem ipm reſuſcitando. ps.xv. Non dere
linques aīam meā in inferno:nec dabis
ſanctū tuū videre corruptionē. ¶ Secū
do xp̄s fuit valde ſanctus:cū volūtatē
dei ſemper fecit.qđ notat̄ cum dicitur:
Q: que placita ſunt ei facio ſemp. Ne-
mo eſt q ſi aliqn̄ bn̄placita dei faciat
q ſemp faciat. Nemo ē q aliqn̄ nō omit-
tat aliqua:vel q aliqn̄ aliqua negligēt̄
nō faciat:vel q aliqn̄ venialia nō cōmit-
tat. Chꝛiſtus nihil vnquā omiſit. Yſa.v.
Quid ē qđ debui facere vinee mee ⁊ nō
feci. Nihil vnq̄ negligēter ſed ſollicite
fecī. ps.xviij. Exultauit vt gygas ad cur
rendā viā. Nullū ēt peccatū cōmiſit.i.
Petri.ij. Qui peccatū nō fecit nec inuē
tus ē dolus in ore eius. ¶ Tertio xp̄s fu
it voluntarie paſſus.qđ notat̄ p hoc q̄ in
ſuis pdicatiōib⁹ paſſionē ſuā manifeſta
bat dicēs: Cū exaltaueritis filiū hominis
⁊c. Vocat aūt exaltationē ſuā paſſionē:
eo q̄ xp̄s non ſub tecto voluit pati:ſed
in aere voluit eleuari. F Patiebatur
enim non tantum vt homines redime-
ret:ſȝ ēt vt elementa purgaret. Infecta
quidem fuerat terra:ex inocentis ſan-
guinis effuſione. Infecta fuerat aqua:
ex hoſtiarū idolatrarū oblatione. Inf

fectus fuerat aer: ex īmolatoꝝ thuriſicatione. Infectus ignis: ex ſacrificioꝝ cōcremationē. Sed xp̄s mūdauit terras: qñ trigintatribus annis ſuper eas ambulauit. Mūdauit aquā: qñ in flumine iordanis baptizari voluit. Mūdauit aerē: qñ in aere crucifixus fuit. Mūdauit ignē: qñ ſpūs ſanctus in ſpecie ignis deſcēdit. ¶ Tertio xp̄s dixit quedā que ſpectāt ad iudeos: per quos intelligunt peccatores. De quibus tria dixit. ¶ Primo ꝙ hūt viā vite cōtrariam xp̄i: cū dicit: Quo ego vado: vos nō poteſtis venire. Xp̄s enī ibat p viā humilitatis: ꝛ ipſi erāt ſupbi. Per viā paupertatis: ꝛ ipſi erāt auari. Per viā puritatis. ꝛ ipſi erāt imūdi. Yſa.lv. Sicut exaltant celi a terra: ſic exaltate ſūt vie mee a vijs vr̄is: ꝛ cogi.mee a cogi.ve. ¶ Secūdo dixit ꝙ habituri ſūt regionē iſtā: cū ait: Uos de deorſū eſtis. ℌ Eſt eī poſt hāc vitā qdā loc⁹ ſuprem⁹.ſ.celū: ad quē ituri ſūt viri pfecti. qdā medius ſ.purgatoriū: ad quē ituri ſūt viri imperfecti ſecū portauerūt lignū: fenū ꝛ ſtipulā. Quidā eſt locus īfimus.ſ.īfern⁹ ad quē ituri ſunt pctōres ꝛ mali. De quibus dī hic. Uos de deorſum eſtis ꝛc. De hoc triplici loco dī in ps.lxxiiij. Calix in manu dn̄i vini meri plenus mixto: ꝛ inclinauit ex hoc in hoc: verūtñ fex eius nō ē exinanita: bibēt oēs pctōres terre. Calix plenus vino mero ē regio btōꝝ: vbi pura gloria pcipieť. Calix plen⁹ vino mixto eſt regio purgādoꝝ: vbi poſt admixtionē penē dabiť glīa: Calix plenus fece ē regio dānādoꝝ: vbi ira dei vſqꝫ ad feces bibeť. Iuxta illud Yſa.v. Bibiſti de manu calicē ire eius: ꝛ potaſti vſqꝫ ad feces. ¶ Tertio xp̄s dixit de malis ꝙ habēt morte piculoſaſ cū ait: Moriemini i pctō veſtro. ℌ Circa qð ſciēdū ꝙ aliud eſt mori ꝓ peccato. aliud mori pctō: ꝛ aliud mori in pctō. Pro pctō aūt nō ē mortu⁹ niſi vn⁹.ſ.xp̄s: q pctis noſtris mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis.i.Pet.iij. Pro pctis nr̄is mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis. Peccato autē moriunť viri ſancti.i.Pe.ij. Peccatis mortui: iuſte autē viuamus. In peccato autē moriunť ſcelerati. De quibus dicit hic: Moriemini in pctō veſtro. 25

¶ Eadem feria ſecunda ſecūde hebdomade Sermo ſecundus.

Cum exaltaueritis filiū hoīs: tunc cognoſcetis q: ego ſum. Quia hō in terra iacebat ꝛ ſurſum aſcēdere nō poterat: ideo xp̄s ad terras venit vt aſcēſū homini pparet ꝛ ad celū p eū aſcēdere poſſet. Si igiť xp̄s ſēper lo ſemp māſiſſet nimis ſuffiſſet in loco alto: nec hō ad ip̄ſ ſe erigere potuiſſet. Si vero in terra ſtetiſſet: nimis fuiſſet in loco depſſo. Jō xp̄s voluit pati in loco medio.i.in aere: vt hō ad ipm poſſet ad celū aſcēdere. Et hoc eſt qð dicit: Cū exal.fi.ho.ſ.in aere ipm crucifigēdo: tunc cognoſcetis q: ego ſuz.ſ.mediator: vos deo recōciliādo. ℒ ¶ Notādū aūt ē ꝙ xp̄s in cruce voluit exaltari tanꝙ in cathedrā: vt nos doceret. tanꝙ in ſpeculā: vt nos ab hoſtibus ꝯſeruaret: tanꝙ in ſpectaculū: vt nos reuocaret. tanꝙ in patibulū: vt pditos recuparet. ¶ Prio igiť exaltari voluit in cruce tanꝙ in cathedrā: vt nos doceret. Aug. ſup Joā. Lignū illud i quo fixa erāt mēbra morientis: ꝛ cathedra fuit mgr̄i docētis. B Docuit aūt xp̄s de cathedra crucis quatuor lectiōes. ¶ Pria fuit lectio magne pietatis qñ ſ.matrē Joānī cōmēdauit dicēs Joā.xix. Ecce mater tua. p qð dať itelligi ꝙ filij tāte debēt eſſe pietatis ad parētes ꝙ nō tm̄ in vita debēt eis curā agere: ſed etiā qñ moriunť debēt procurare. ¶ Scda lectio ē charitatis: qñ dixit Luce.xxiij. Pr̄ dimitte illis: q: neſciunt qd faciūt. ecce ꝗta charitas: q: illi eū occidebāt ꝛ ipe p ipſis orabat. ¶ Tertia lectio eſt magne ꝯpaſſionis qñ dixit Mat.xxvij. Deus meus vt qd dereliquiſti me. ecce ꝗta ꝯpaſſio: q: dereliqrāt eū noti ꝛ primi ſeu propinq. Dereliqrant eū diſcipuli. dereliċ⁹ videbať a patre: ſola mr̄ eū nō dereliqrat q iuxta crucē ſp ſtabat. ¶ Quarta lectio fuit magne deuotiōis qñ dixit Lu.xxiij. Pr̄ in man⁹ tuas cō.ſpi.meū. ecce ꝗta deuotio: qm tot⁹ vulnerat⁹ erat. Inter vulnera ſue memor erat p qð dať itelligi ꝙ i articulo mortis exiſtēs: oīa alia dꝫ dimittē



ꝛ curā ſue aīe dꝫ hēre. ¶ Scdo xp̄s in cruce exaltari voluit tanꝙ in ſpeculaſ vt poſſ nos ab hoſtibus ꝯſeruare. Solent hoīes ſpecula erigere: ꝛ hoīes ſpeculatores ibi ponere vt viatorib⁹ ibi claméť vt ab hoſtib⁹ ſe obſeruēt. ℒ Ambulātib⁹ vero p viā mūdi multa picula iminēt: tā a mūdo q vult frāgere p ipatientiā: q̄ a carne q̄ vult allicere p ꝯcupiſcētiā: q̄ et a diabolo q vult decipe per aſtutiā. Jō xp̄s i ſpeculaſ crucis aſcēdit ꝛ clamat ne dimittam⁹ nos a mūdo frāgi: nec a carne allici: nec a diabolo decipi. ℌ Clamauit aūt multiplr i cruce. Prio orōnibus deuotis. Scdo lachrymis amaris. De his duob⁹ habeť Heb.v. Qui in dieb⁹ carnis ſue: pces ſupplicatiōeſqꝫ ad deū q poſſet illū ſaluū facē a morte cū clamore valido ꝛ lachrymis offerēs ꝛc. Tertio clamauit ſanguie ꝛc. Heb.xij. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionē: meli⁹ loquēte ꝙ abel. Quarto clamauit corde. Nā ip̄s cor hoī maiſeſtauit qñ lat⁹ ſuū apiri voluit. ꝛ talis aptio fuit maxima amoris clamatio. ¶ Tertio aſcēdit in cruce tāꝗ ad ſpectaculū: vt nos reuocaret. Qñ eīſ aues ad dn̄os ſuos redire nolūt ſolēt ad ſpectaculū aſcēdere ꝛ oſtō aliquo fruſto carnis aſſibilare: ꝛ ſic eas reuocare non ceſſant. Hō auis contumax a deo auolauerat. Oſee. x. Effraim qſi auis auolauit. Jō xp̄s crucis ſpectaculū aſcēdēs totū corpus ſuū cruētauit: vt ad ſe fugitiuos hoīes reuocaret. ℒ Sꝫ notādū ꝙ triplici de cā aues ad dn̄os ſuos redire nolūt. Aut qñ ſūt nimis replete: aut qñ i deuoratiōe pde ſūt occupate: aut qñ nō ſunt bn̄ domeſtice. Iſta triplici de cā hoīes ad deū nō redeūt: ſꝫ poti⁹ fugiūt. Prio qñ diuitijs ſunt repleti nimis. Deut.xxxij. Incraſſat⁹ ē dilect⁹ ꝛ recalcitrauit: incraſſat⁹: ſpīn. dilatat⁹ dereliqt deuz factorē ſuū ꝛ re. a deo ſa. ſuo. Secūdo qñ ſpurcitijs pctōꝝ ſūt dediti. Tales ſicut coruo: qui nō de arca exiuit: q deuoratiōi cadaueꝝ ſe dedit: ꝛ iō ad arcā nō redijt. Tertio qñ nō ſūt bn̄ domeſtici. Di de leone ꝙ qñ corā leone flagellatur canis: leo domeſticatur: Multo aūt forti⁹ domeſticať canis ſi añ ip̄ſ flagellaref leo. Pueri ēt volētes domeſticare aues ꝛ ad loquēduz docere: dant eis vinū bibere. Nullū ē animal ita ſilueſtre qð ex bñficijs nō efficiať manſuetū ꝛ lene. Et tñ multi ſunt ita ſilueſtres: ꝙ domeſticari nō pñt. Nec ex flagellatōe leonis.i.xp̄i: nec ex potu ſui ſanguinis: nec ex collatis bñficijs. ℱ ¶ Quarto aſcēdit i cruce tāꝗ in patillū: vt ide pditos recuparet. Cōſuetudo fuit atiq̄t⁹ ꝙ res pdite qñ iuenieban̄t: i patillo ſuſpēdebanť: Olī ꝫ pditi erāt angeli ꝗtū ad ſui nūeri diminutōeſ. Erāt pditi actiui: q: ñ poterāt face aliq meritoria opa. Erāt pditi plati: q: ñ poterāt ſubditos īſtruē p aliqḋ ſalutifera exhortatōeſ. Erāt pditi ꝯteplatiui: q: ñ poterāt deo vacare p aliquā dulceꝫ iſpiratiōeſ. Sꝫ iſta oia ꝗ erāt pdita p xp̄ſ ſūt iueta: ꝛ in patillo crucis ſuſpēſa. Et hoc ē qð dī Yſa.xxij. Figā illū patillū i loco fideli: ꝛ ſuſpēdā ſup illū oēs glīaꝫ dom⁹ pr̄is ei⁹. Uaſoꝝ diuerſa gnā. Oē vas puſilū a vaſis craterarū vſqꝫ ad oē vas muſicoꝝ. Et hoc qð dī: Suſpēdā ſup illū oēs glīas pr̄is ei⁹: refert ad angelos q ſūt gloria dom⁹ dei. Hoc qð dī: Omne vas puſilū: referť ad ſubditos ꝛ actiuos. Hoc qð dī: A vaſis craterar: referť ad platos qui vino ſacre ſcripture alios hñt imbuere. Hoc qð dicit: Uſqꝫ ad oē vas muſicoꝝ: refertur ad ꝯteplatiuos qui habēt in cordibus ſuis decātare dn̄o. Ephe.v. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria: ſꝫ impleamini ſpiritu ſancto loquētes vobiſmetipſis in pſalmis ꝛ hymnis: ꝛ canticis ſpiritualibus cantātes ꝛ pſallentes in cordibus veſtris dn̄o. 27

¶ Feria.iij.ſcōe hebdō Sermo pmus.

Super cathedrā moyſi ſederūt ſcribe ꝛ phariſei. Omnia ergo quecūqꝫ dixerint vobis ſeruate ꝛ facite. Mat.xxiij. In pñti vita domin⁹ eē voluit quoſdā platos ꝛ quoſdā ſubditos. ꝛ vtriſqꝫ certas regulas dedit. ℌ Prelatis naqꝫ dedit tres regulas. ¶ Prima eſt: vt ſubditos verbis ꝛ exēplis iſtruat. ¶ Scda ē ꝙ ſibi fortia ꝛ ſubditis leuiora iponat. ¶ Tertia ē ꝙ ꝓ ptāte ſibi colata ñ gloriet nec ſupbiat. Cōtra pmā

regulā: faciūt verboſi. Cōtra ſcd̄a;: ſup-
ſticioſi. Cōtra tertia;: ambitioſi p̄lati.
¶ Eſt igit̄ prima regula p̄latoꝝ: vt ſub-
ditos verbis ⁊ exēplis inſtruāt. Sed cō
tra hanc regulā faciūt p̄lati verboſi q
bona multa dicūt ſed nulla bona faci-
unt. quos dñs rep̄hēdit dicēs: Super
cathedrā moyſi ⁊c̄. Oīa ergo q̄cūq; ⁊c̄.
ſequit̄. Scd̄m opa eoꝝ nolite facere. di-
cūt eni; ⁊ nō faciūt. B Monet igitur
ſubditos vt qñ ſunt aliq p̄lati qui hn̄t
bona verba ſ; mala opa: nō deſpiciant
verba ꝓpter opa: ſed relinquāt vita; ⁊
accipiāt doctrinā. Et illud dicit Chriſ.
ſup Mat. triplici exēplo dicens: ¶ Ec-
ce vilis terra p̄cioſum auꝛ ꝓducit. nū
quid ꝓpter vilē terrā p̄cioſum auꝛ ꝯte
nit? Auꝛ eligit̄ ⁊ terra relinquitur: ſic ⁊
vos doctrinā accipite ⁊ mores relingte.
¶ Scd̄m exēplū ponit dicēs: Nā ⁊ api-
bus herbe nō ſunt neceſſarie: ſed flores
colligūt ⁊ herbas relinquūt. Sic ⁊ vos
flores doctrine colligite: ⁊ ꝯuerſationē
relingte. ¶ Pōt addi tertiū exēplu;: qr
ſpine lilia ꝓducūt: ⁊ tñ hō lilia odorat
⁊ ſpinas vitat. Sic etiā qlibet d; vitare
vitā ſpinoſam p̄lati ⁊ accipe dei doctri-
na; odoriferā. ¶ Primū exēplu; ptinet
ad p̄latū immūdum: qui eſt ſicut lutum
hn̄s auꝛ. Eſt eni; lutū ꝓpter immūdā vi-
tā. ⁊ ideo de plateis celeſtis hierl̄e; ex-
purgabit̄ ⁊ in cloacā infernalē ꝓijciet̄.
pſ. xvij. Ut lutū plateaꝝ delebo eos. In
iſto luto auꝛ inuenit̄ qñ doctrina ſana
ab eo ꝓfert̄. Uerba eni; dei dicunt̄ au
rū: qr ſicut auꝛ eſt icorruptibile: ſic ver-
ba dei ꝯſeruāt hoīe; a putrefactōe pec-
cati. pſ. cxviij. In corde meo abſcondi
eloqa tua vt nō peccē tibi. ¶ Scd̄m exē
plū ptinet ad p̄latū ſuperbū. Eſt eni;
ſicut herba hn̄s florē amenū. Sicut eni;
herba viret ⁊ cito areſcit: ſic ſupbus ci-
to extollit̄ ⁊ ſubito deijcit̄. pſ. Mane ſi
cut herba tranſeat: mane floreat ⁊ tran.
veſpe deci. indu. ⁊ areſ. Per mane intel
ligit̄ iuuētus ſiue ſanitas ſiue vita. Per
veſpe ecōuerſo intelligi pōt ſenect⁹ vel
īfirmitas ſiue mors. Et huic triplici ſta-
tui rn̄dent tria verba que ſequunt̄. ſ. de
cidat: induret ⁊ areſcat. Eſt ergo ſenſus
ꝙ ſuperbus viget in mane ſanitatis:

ſed decidit in lutum in veſpere infirmi
tatis. Floret in mane iuuētutis: ſed in-
duratur in veſpere ſenectutis. Uiret in
mane p̄ſītis vite: ſed areſcit in veſpere
mortis. Iſta herba florē ꝓducit qñ p̄la-
tus ſupbus verba dei ꝓponit. Et dicun
tur verba dei flos. qr ſicut flos ꝓducit
fructū: ſic verba dei faciūt hoīem gene-
rare opus ſuū bonū. Jaco. i. Uoluntarie
eni; genuit nos verbo veritatis. ¶ Ter
tiū exēplū ptinet ad p̄latū auaꝝ: qr eſt
ſicut ſpina hn̄s lilia. Diuitie eni; ſpine
vocant̄. ſicut habet̄ Luce. viij. Qd̄ autē
in ſpinis cecidit hi ſunt qui audiūt ⁊ a
ſollicitudinibus ⁊ diuitijs ⁊ voluptati
bus vite eūtes ſuffocati ſunt. Tūc autē
iſta ſpina ꝓducit liliū qñ p̄lat⁹ auarus
ꝓfert dei verbū. Et dr̄ verbū dei liliū: qr
ſicut ad odorē lilij ſerpētes fugiūt ⁊ ho
mines attrahunt̄: ſic homines ſerpētini
verbum dei faſtidiunt. pſ. cvi. Omnem
eſcā abhominata eſt aīa eoꝝ. Boni autē
dulciter appetunt. pſ. cxviij. Q̄ dulcia
faucibus meis eloqa tua. ¶ Scd̄a regu
la p̄latoꝝ eſt vt ſibi fortia ⁊ ſubditis le
uiora iponat. Cōtra iſtā regulā faciunt
p̄lati ſupſtitioſi quos dñs rep̄hēdit
dicēs: Alligāt onera grauia ⁊ iportabi-
lia ⁊ iponūt in humeros hoīum: digito
aūt ſuo nolūt ea mouere. Et iſtud eſt cō
tra ſacerdotes q penitētias nimis gra-
ues iponūt. C Qd̄ tñ nō d; fieri trib⁹
de cauſis ſecūdū Chriſo. ¶ Prima eſt ꝓ
pter maius p̄iculū: q; ſepe talis hō peni
tentiā ſibi datā ꝓijcit: ⁊ tanq̄ deſpans
ad peccā redit. Et ponit exēplū dicens:
Si eni; pōdus ſup humeros adoleſcen
tis poſueris ꝙ non poſſint portare: ne-
ceſſe h; vt aut pōdus reijciat aut ſub pō
dere ꝯſtringat̄. Sic hoī cui graue pon-
dus pn̄ie ponis: neceſſe eſt vt aut pn̄ia;
deijciat aut ſuſcipiens dū ferre non pōt
ſcādalizetur ⁊ amplius peccet. ¶ Se-
cūda rō eſt ꝓpter vitādū dei iudicium.
Uñ ſubdit̄: Deniq; ſi erramus modicā
pn̄iam iponētes: nōn[illegible] melius eſt ꝓpter
miſericordiā dare rōne; q̄ ꝓpter crude
litatē. Jaco. ij. Judiciu; ſine miſericor-
dia fiet illi qui nō fecit miſericordiā. ta-
lis poterit dicere deo. Dñe ſicut feci ali
is: facias mihi. Alijs fui miſericors: ⁊ tu



eſto mihi miſericors. Iſtā allegationem
facit ꝓpheta dicēs: pſ. xxxix. nō abſcō-
di miſericordiā tuā ⁊ veritatē tuā a cō.
multo. dñe nec lōge facias miſera. tuas
a me. ac ſi dicat: ſicut alijs miſericordiā
meā nō abſcōdi: ſic ⁊ tuā a me nō abſcō-
des. ¶ Tertia rō ē ꝓpter liberalē dñm.
Chry. vbi p̄ſfamilias largus eſt: diſpen
ſator nō d; eſſe tenax. ſi deus ē benign⁹
uis enim deus dicaſ iraſci tn̄ ſecūdum
Augu. nō dī iraſci ꝓpter aliquē turbu/
lentum affectū. ſ3 pp vindictā. Angeli
ēt ꝙuis de ꝑditōe pctoꝝ dolē dicanſ: tn̄
nullā ſentiūt paſſiōe3: ſ3 dicunſ dolē: q2
ad modū dolētiū ſe hn̄t. Chriſtianus āt
populus appellaſ ille q̄ in dei amore ē
ꝑfectus. talis eni3 l3 aliqn̄ ꝑturbationē
patiaſ: tn̄ ex hoc eius rō nō obnubilaſ:
q2 talē ꝑturbatōe3 t3 ſub dn̄io rationis.
¶ Tertia febris ē erratica que nō acci/
dit certis horis. ⁊ ſignificat inuidiā que
quando aliqs laudaſ accedit: quando
vituperaſ recedit. non habet horam de
terminatam ſed quotieſcūq3 renouanſ
laudationes totiens renouanſ acceſſio/
nes. hoc patet. i. Reg. xviij. de ſaul q̄ in/
uidebat dauid. Cum eīm diceref. Saul
pcuſſit mille: ⁊ dauid decem milia. tunc
ſaul paſſus ē magnas acceſſiones: ⁊ quo
tiens audiebat de ſua ꝓbitate tunc la/
borabat totiens illa acceſſione. Quādo
aūt dauid canē ⁊ pulicē mortuu3 ſe no/
minabat: tunc iſta acceſſio recedebat. iō
inuidus ſignificatur per hely de quo di
citur. i. Reg. iij. ꝙ non poterat videre lu
cernam domini ſui antequā extinguere
tur lucerna. accenſa lucerna lucet: ſed
extincta fetet. Lucerna igiſ accenſa: ſūt
viri virtuoſi. extincta peccatores fetidi.
Inuidus igiſ non pōt ſine magna affli/
ctione ſuſtinere vt videat viros virtuo/
ſos: libenter autem videt viros miſeros
⁊ abiectos. ideo dicit Socrates. Utina3
inuidi in omnibus ciuitatibus oculos
⁊ aures haberent: vt de cūctorum felici
tatibus torquerenſ. ¶ Quarta febris ē
tertiana: qua laborant illi q̄ de peccatis
ſuis nolunt ſatiſfacere. Habent eni3 cō
tritōem ⁊ confeſſionē: ſed nolūt habere
ſatiſfactōe3. Vn̄ dī ꝙ cū qda3 demonia
cus ad quēdam virum ſanctum fuiſſet
ductus: ⁊ ille demonē adiuraret vt rece
deret ⁊ nomē ſuū ei diceret: ille ait. nos
ſumus tres frēs q̄ habemus noſtra offi/



cis determinata. ego enim vocor clau/
dens cor. alius vocaſ claudēs os. alius
vocaſ claudēs marſupiū. officiū ei3 me
um ē cor pctoris idurare ne poſſit ɔtri/
tionē hēre. ⁊ ſi forte cōteriſ: laborat fraſ
meus. ſ. claudēs os: vt a ɔfeſſiōe ipedia
tur. ⁊ ſi forte cōfeſſus fuerit laborat fraſ
meus. ſ. claudēs marſupiū ne ſatiſfaci/
at. ne male ablata reſtituat. ¶ Quinta
febris ē cōtinua. iſta laborāt auari ⁊ ma
xime vſurarij. ceteri pctores interpola/
tionē faciūt in pctis. Uſurarius vo ɔti/
nue peccat. ſ. die ⁊ nocte: ⁊ q̄libet hora: ⁊
quolibet momēto: ⁊ quolibet fcto. iō vī
ēē peior iuda ſcarioth: ille enim vendi/
dit xp̄m. E Iſte vēdit xp̄m: beatā Ma/
riā ⁊ oēs ſctos ⁊ ſctas dei: q2 ipſoꝝ feſti
uitates cōputat in vſuris. ⁊ q2 vſurari⁹
ſilis ē iude: imo peior i culpa. iō ſimilis
erit ei in pena. iudas eīm i aere iterijt q̄
ē habitatio demonū. ad inuēdū ꝙ nō de
bebat ſtare in celo cum angelis. nec i ter
ra cū hominib⁹. ſed i aere cū demonib⁹.
Eodē mō vſurarius nō habitabit in ce/
lo: q2 deū ⁊ beatā virginem ⁊ oēs ſctos
offendit: nec i mūdo: q2 hoīes ɔturbauit
ſed in inferno cū demonib⁹ quos ꝑ ſua
ritiā adorauit. iuxta illud Col. iij. Aua/
ritia que ē idoloꝝ ſeruitus. D Iſta fe/
bris ɔtinua. ſ. auaritia cito extinguit ho
minē q2 tollit tria que ſunt cā vite. ſ. ci/
bū: ſomnū: ⁊ quietē. Auarus eni3 nō po
teſt comedere. Eccli. xiiij. Non ſatiabiſ
pane indigens: ⁊ in triſtitia erit ſuꝑ mē/
ſam ſuam. Nō pōt dormire. Eccl's. ij. Cū
cti dies eius doloribus ⁊ erūnis pleni
ſunt. necꝑ noctē mēte requieſcit. nec po
teſt quietē hēre. Hiere. xliiij. Pre ſollici/
tudine quieſcere non potuit. E ¶ Se
xta febris ē quartana ⁊ ſignificat ſupbiā
ꝓpter quattuor ſpēs ſupbie: de quibus
dicit Grego. Quattuor ſunt ſpēs tumo/
ris. ſ. cū quis bonū qđ h3 a ſe habere exi
ſtimat. vel ꝑ ſuis meritis datu3 ſibi pu/
tat. vel cū iactat ſe habere qđ non hab3.
vel cū deſpectis ceteris appetit ſingula
riter videri habere qđ non h3. Uel pōt
ſignificare luxuriā que ꝑ corpus explef:
qđ ex quattuor elementis cōponiſ. Uel
pōt ſignificare cōſuetudinē lōgā peccan
di: vt prima dies ſit mala ſuggeſtio. ſecū
da malus conſenſus. tertia malū opus.
quarta mala ɔſuetudo. Iſta q̄druplex
ſpecies quartane difficulſ curaſ. Sup/
bia ei3 difficulſ curaſ: q2 ſemꝑ ē i aſcēſu
ps. xxxiij. Supbia eorum qui te oderūt
aſcendit ſemp. Luxuria difficulſ curaſ:
q2 in corꝑe radicaſ: q2 tūc totū corpus i
flāmaſ. Job. xxxi. Ignis ē vſq3 ad ɔſu/
mationē duorāe. ip3 vulnerat. Job. xvi.
Cū vulnerauerūt lūbos meos. ip3 corrū
pit ⁊ fedat Johel. i. Cōputruerūt iumē/
ta in ſtercore ſuo. Greg. Iumēta in ſter/
core cōputreſcere ē carnales hoīes in fe
tore luxurie vitā finire. Mala aūt ɔſue/
tudo difficulter curaſ. hoc ſignatum ē
Jo. xi. in lazaro quatriduano: quē dn̄s
cū quadā difficultate voluit reſuſcitare
ſ. cum oratione. cum clamore. ⁊ cum ſui
cōturbatione. ⁊ cum lachrymaꝝ effuſio
ne. ¶ Septima febris ē ethica: que radi
catur in medullis ⁊ naturalē humidita
tem cōſumit. ⁊ ſignificat triſtitiam illa3
d̄ qua dī. ij. Coꝝ. vij. Seculi triſtitia mor
tem operaſ. Prouer. xvij. Spūs triſtis
eſiccat oſſa. i. robur virtutum. Sunt tn̄
quedam oſſa que non tantū ſunt eſiccā
da ſed etiā incinerāda. Amos. ij. Ince/
derunt oſſa regis ydumee vſq3 ad cine/
rem. ydumea interpretatur ſanguinea
⁊ ſignat diabolum qui ſanguinē noſtrū
ſitit. eius oſſa ſunt nr̄a peccata: per que
cōtra nos diabolus aſſumit robur. Sūt
igiſ quidam qui oſſa habent integra q̄
ſ. de ſuis peccatis non cōterunſ. alij ſūt
qui illa oſſa in groſſas partes frangunt
qui. ſ. ſupficialiter cōteruntur. alij vero
ſunt qui iſta oſſa incinerāt. ſ. qui precor/
dialiter cōterunſ. ⁊ iſtam cōtritionē fa/
cit ſalubris triſtitia. d̄ qua dī. ij. Coꝝ. vij.
Que enim ſecūdu3 deum triſtitia ē: per
penitentiam in ſalutem ſtabilem ope/
ratur.

¶ Feria ſexta tertie hebdē. xl. Sermo
primus. 47

IEſus fatigatus ex itine/
re ſedebat ſup fon
tē. Jo. iiij. Dū dn̄s noſter per
diuerſa loca ꝑdicādo diſcur/
reret. ⁊ quadā vice fatigat⁹ eēt: ſup quē
dā fontē ſedere cepit. Et l3 hic dicatur
fons: tamen inferius vocatur puteus.

Sed ſicut dicit glo. vbicūqȝ aqua de ter
ra manat dicit fons. ſed ſi manat in ſu/
perficie fons tm̄ dicit. ſi vero manat in
ꝓfundo etiā puteus appellat. ⁊ ſecūdū
hoc oīs puteus eſt fons: ſed nō oīs fons
puteus eſt. Dū igit ſic ſederet venit mu/
lier de ſamaria haurire aquā: inter quā
⁊ xp̄m magnus dialogus fuit: q: plures
collocutiōes mutuas habuerūt. ¶ Pri/
ma fuit q: xp̄s ſuā humanitatē oſtendit
in eo ꝙ bibere petijt. ꝓbabile enīȝ eſt ꝙ
xp̄s poſt fatigationem ſitiebat. ⁊ in hoc
oſtēdit ſe eſſe veruȝ hoiem: q: deus ſitire
non pōt. ad hoc rñdit mulier cū quadā
admiratiōe dicēs: quomō tu cū iudeus
ſis a me bibere poſcis ⁊c. iudei enim ha
bebant in veſtimētis fimbrias per quas
diſtinguebātur ab alijs gētibus. A Se
cūda collocutio fuit qua xp̄s oſtēdit ſuā
diuinitatē cum ait: ſi ſcires donuȝ dei ⁊
quis eſt qui dicit tibi da mihi bibere tu
forſitā petiſſes ab eo ⁊ dediſſet tibi aquā
viuā. ſ. ſp̄ūs ſancti gratiaȝ. hoc nō pote/
rat niſi inquātum deus. ſed mulier ītel/
gens de aqua materiali illius putei di/
xit ꝙ hoc facere nō poterat: q: nec ſitu/
lam nec chordā habebat: ⁊ puteus ꝓfun
dus erat. immo nec ipſe iacob quo ipſe
maior nō eſt: aliter ipſam aquaȝ habere
non potuit niſi cuȝ adiutorio. ¶ Tertia
collocutio fuit qua xp̄s oſtēdit aque ma
terialis ⁊ ſp̄ūalis magnā differētiā cum
dixit: omnis qui bibit ex aqua hac ſitiet
iterum. Aqua enīȝ materialis ad tēpus
pōt auferre ſitiȝ. aqua vero ſp̄ūalis ſem
per aufert. ad hoc rñdit mulier: Domi/
ne da mihi aquam hāc. quaſi dicat: ma/
gna pena eſt mihi ſitire. magna fatiga/
tio eſt huc venire. magnus labor ē hau/
rire. ergo da mihi aquā hāc que penam
ſitis auferat. fatigatiōeȝ itineris tollat:
laborem hauriēdi amoueat. ¶ Quarta
collocutio eſt qua chriſtus dixit ei vt vi/
rum ſuū vocar[et] i. illū quē loco viri te/
nebat. Ad hoc rñdit mulier ꝙ non ha/
bebat virum ſcilicet legitimo matrimo/
nio ſibi cōiunctum. ¶ Quinta collocu/
tio eſt qua chriſtus dixit totā vitā ſuam
preteritā cum ait. Bene dixiſti. i. verum
dixiſti: q: nō habeo virum: quinque enīȝ
viros habuiſti. Ad hoc mulier rñdit ꝙ
credebat ipſum prophetam eſſe. Poſtꝙ̄
totam vitā ſuam ei dixerat. Poſt hec au
teȝ mutat ordo loquēdi. ¶ Hucuſqȝ enim
xp̄s queſiuit ⁊ mulier reſpōdit. Modo
autē mulier querit ⁊ xp̄s reſpōdit. Que
rit enim ex quo ipſe eſt ꝓpheta vt ſoluat
cōtrouerſiā que eſt inter iudeos ⁊ ſama/
ritanos. Iudei enim dicebāt ꝙ nō licet
alicubi adorare niſi in tēplo dei. Sama
ritani autem dicebāt ꝙ poterat adora/
re in monte ſamarie: q: patres ſui: ſcȝ ia
cob ⁊ filij eius ibi adorauerūt. Et voca/
bant ſamaritani iacob patrem ſuum: ſi/
ue quia ipſi legem tenebāt moyſi: ſiue q:
iacob ⁊ filij eius ibi habitauerūt. ſiue q:
ille mons ex hereditate iacob ad eos ꝑ/
uenerat. Ad hoc chriſtus reſpōdit ꝙ in
orando deus nō requirit locum corpo/
ralem: ſed ſp̄ūalem: ideſt cor mūdum ⁊
deuotū. Iſta reſpōſio non placuit mulie
ri: q: volebat ꝙ diceret ꝙ in monte illo
poterāt adorare. ⁊ ideo dixit ꝙ queſtio/
neȝ illā determinādā reſeruabat meſſie
ideſt chriſto: qui chriſtus cuȝ venerit de
hoc veritatem eis annunciabit. Ad hoc
chriſtus reſpōdit ꝙ ipſe erat ille meſſi/
as. quo audito ꝙ ille erat: pre gaudio
hydriā dimiſit ⁊ in ciuitatē currēs nun
ciauit omnia. Et tūc chriſtus ad preces
ſamaritanoꝝ ciuitatē intrauit. ⁊ omnes
ad fidē cōuertit. B Sicut patet ex pre
dictis xp̄s hāc mulierē ⁊ nos ad tria in/
ducebat. ¶ Primo ad cōtēnendū amo/
rem mūdi cum dixit: Omnis qui bibe/
rit ex aqua hac: ſitiet iterum. Amor enīȝ
mūdanorū: ſcilicet diuitiarum: delitia/
rum: ⁊ honorū: ſitiȝ nō extinguit: ſed au/
get. De quibus dicit Prouerb. xxx. Sā/
guiſuge due ſunt filie que ſemper dicūt
affer affer. Sāguiſuga mater eſt ſupbia
que eſt cauſa omniū malorū. Ecc. x. Ini/
tiū omnis peccati ſupbia. Habet autem
duas filias: ſciliȝ cupiditatē ⁊ volupta
tem. Quia ſuperbus nō tantū honores
ambit: ſed etiā aliorum bona rapit ⁊ vo
luptuoſe viuit. ¶ Iſta autē ſitis ꝙ̄ ſit va
na oſtēditur in morte alexādri: qui cum
eſſet totius mūdi dominus diuitijs ple/
nus: libidinoſus: ⁊ eius oſſa in vaſe au/
reo fuiſſent repoſita philoſophi cōuene
runt. Unus igitur volēs oſtēdere domi



nium ſuuȝ fuiſſe vanū ait: Heri iſte non
ſufficiebat totus mūdus: hodie parua
ſepultura eſt cōtentus: Alius volēs oſtē
dere eſſe vanum aurum ⁊ argentū con/
gregatum ait: Heri iſte faciebat theſau/
rum de auro: hodie aurum theſaurū fa
cit de ipſo. Alius volēs oſtendere vanū
eſſe corpus delitijs nutrire dixit: Heri iſte
nutriebat corpus ſuū diuerſis delitijs:
hodie vero comedit a vermibus infini/
tis. L ¶ Secundo chriſtus inducebat
iſtam mulierē ⁊ nos cum ipſa ad deſide
randū amorem dei cū ait: Qui autē bi/
berit ex aqua quā ego do: nō ſitiet i eter/
num. Augu. Qui biberit de paradiſi flu
uio cuius gutta maior eſt oceano: reſtat
vt in eo ſitis penitus extincta ſit. Huius
fluuij paradiſi vnam guttā perceperat
Paulus: ⁊ ſtatim extinxit in eo oēȝ ſup/
biam: ita ꝙ ferocē lupū mutauit i agnū
manſuetū. Percepat mattheus. ⁊ mox
extinxit in eo omnē auaritiā: ita ꝙ ra/
ptorē cōuertit in cōtemptorē. Nam qui
prius rapiebat aliena: poſtmodū contē/
pſit ꝓpria. Percepat magdalena: ⁊ mox
extixit in ipſa omnē luxuriaȝ: ita ꝙ cor/
niculam nigerrimā cōuertit in columbaȝ
candidā. ¶ Tertio inducebat eā ⁊ nos
in ipſa ad ſui cognitionē. Gradatim au
tem hec mulier ſurrexit ad xp̄i cognitio
nem. Nā primo dixit eū eſſe vnius veri
dei cultorē: in hoc ꝙ dixit eū iudeū eſſe:
⁊ hoc fuit magnū. Deinde ipſuȝ dixit eē
ꝓphetā: ⁊ hoc fuit maius. Tādem ⁊ di/
xit ⁊ credidit ipſum eſſe xp̄m. ⁊ hoc fuit
maximū. Per quod dat intelligi ꝙ de/
bemus incipe a minimo: ⁊ paulatiȝ aſcē
dere ad maiora. Iſte gradus ſignificat
Mar. iiij. vbi dicit: Ultro enīȝ terra fru
ctificat herbā primū. deinde ſpicaȝ. de/
inde plenū fructū in ſpica. Hoc eſt ſcd̄m
Glo. timorē: penitētiam: ⁊ charitatē. Il/
li qui generāt herbam. i. timorē ſunt in/
cipiētes qui debēt incipere a timore. Si
cut enīȝ herba eſt principiū ſpice: ſic ti/
mor dei eſt principiū noue vite. Prouer.
i. Timor dei principiū ſapiētie. Illi qui
generāt ſpicam: ideſt penitētiam duraȝ
ſunt proficiētes. qui ſicut fuerūt delecta
ti in peccatis ſic debēt ſe affligere in pe/
nitētia ⁊ lamētis. Iob. xlij. Ipſe me re/
prehendo ⁊ ago penitētiam in fauilla ⁊
cinere. Illi qui producunt plenum fru/
ctum in ſpica. i. charitatē ⁊ bonorū ope
rum plenitudineȝ ſunt pfecti qui habēt
charitatē dei ⁊ proximi. Q: ſicut di Ro/
ma. xiij. Plenitudo legis ē dilectio.

¶ Eadem ſexta feria tertie hebdō. xl.
Sermo ſecundus. 48

OMnis qui biberit ex aq̄ hac ſitiet iteruȝ.
A Ponit dn̄s hic tres diffe
rentiaȝ aquaruȝ. ¶ Una eſt
que facit ſitim cuȝ dicit: Omnis qui bi/
berit ex aqua hac ſitiet iterū. ¶ Secūda
eſt que ſitim extinguit: cū dicit. Qui au/
tem biberit ex hac aqua quaȝ ego dabo
ei: non ſitiet in eternū. ¶ Tertia eſt que
in vita eterna fluit cū ſubdit: Sed aqua
quā ego dabo fiet in eo fons aque ſalien
tis in vitaȝ eternā. ¶ Prima aqua ſigni
ficat amoreȝ mūdi: ſcilicet amoreȝ diui/
tiarum: delitiarū ⁊ honorum. Et ideo
iſtam aquā que ſitim nō extinguit ſed fa
cit: nullus debet appetere cuȝ ſit turbi/
da ⁊ amara. Hiere. ij. Quid tibi in via
egypti: vt bibas aquā turbidaȝ? Super
bus enīȝ habet cor turbidū pre cōtinua
indignatiōe ⁊ contentioſa emulatione.
Prouer. xxiij. Inter ſupbos ſemꝑ iur/
gia ſunt. pſ. cliij. Tange mōtes ⁊ fumi/
gabūt. Auarus ſemꝑ habet cor turbidū
pre nimia triſtitia ⁊ ſollicitudine. Ecc.
xiiij. In triſtitia erit ſuper mēſam ſuaȝ.
Hiere. xlix. Turbati ſūt in mari. pre ſol/
licitudine queſcere nō potuerūt. Libidi/
noſus habet cor turbidū pre nimia con/
cupiſcētia ⁊ feruore. Iob. xxxi. Ignis ē
vſqȝ ad cōſumationē deuorās ⁊ omnia
eradicās germina. B Nō ſolum auteȝ
iſta aqua eſt turbida per effectū: ſed etiā
in ſeipa. Aqua vero turbida nō eſt apta
ad bibēdum cū ſit amara. nec ad ſpecu/
landū: cum ſit turbulēta. nec ad lauan/
dum: cū ſit immunda. Amor mūdi eodem
modo nō eſt aptus ad bibēduȝ: quia eſt
amarus. Facit enim amaritudinē in cō/
ſcientia. Prouer. v. Nouiſſima illi⁹ ama
ra quaſi abſinthiū. Et tādem faciet ama
ritudinē in pena. Yſa. xxiiij. Amara erit
potatio bibētibus illaȝ. Similiter amor
mūdi non eſt aptus ad ſpeculādū: cum

ſit turbulētus. Non enim poſſumus ibi ſpeculari deū p cōtēplationē: nec pctā nr̄a p cōtritionē. ¶ Legit̄ i vitis patrū q̄ cū quidā frater cor plenū anxietatibus ⁊ tribulatōibus hēret: ⁊ more ſolito deū cōtemplari nō poſſ;. quidā ſanctus pater ad quēdam fontē duxit eū: ⁊ cum aquā cū quodā bacculo pturbaſſet dixit vt reſpiceret ſi faciē ſuā videret. ⁊ cū nō poſſ; videre expectauit quouſq; aqua clarificata fuit: ⁊ tūc vidit. Applicatio huius exēpli plana ē. Similr amor mūdi nō ē apt⁹ ad lauandū: cū ſit imūdus. Si qs ergo h; cor imūdum ⁊ illud vult lauare cū amore mūdi: magis ſe inquinabit. Vñ Amb. in libro de virginibus pictagorā reprehēdit dicens: Pictagoras poſtquā cubitū ierat tibicinē iubebat molliora canē: vt anxia curis ſecularibus corda mulceret. Sed ille facit ſicut is qui laterē lauat. ſecularia ſecularibus fruſtra cupiebat abolere. Magis enim liniebat ſe luto q̄ remediū a voluptate querebat. Aug. Quiſqs es qui es in mūdo ad te venit qui fecit mundū vt eripiat te d̄ mūdo. q̄ ſi forte aliqua delectatione te retinet mūdus ſemp vis eſſe imūdus. ¶ Scd̄a aqua ē que ſiti; extinguit. ⁊ iſta eſt amor ſpūs ſancti qui extinguit amorē diuitiaꝝ: delitiaꝝ: ⁊ honorū. Hoc figuratū ē iudicū. xiiij. in Sāpſone. De quo di̇ q̄ ſpūs dn̄i irruit in eum: ⁊ ſic leonem interfecit: ⁊ philiſteos expugnauit: ⁊ vincula rupit. Per leonem intelligitur ſupbia. Per philiſteos qui interpretant̄ cadentes: intelligit̄ auaritia. Sicut eni; di̇ Prouer. xi. Qui confidit in diuitijs ſuis corruet. Per vincula intelligit̄ carnalis cōcupiſcentia. ¶ Qñ igit̄ amor ſpūs ſancti aduenit: ſupbiam expellit: auaritiā occidit: cōcupiſcētia; tollit. Iſta aqua eſt contraria ſupiori. Eſt enim dulcis ad bibēdū. Eccli. xxiiij. Qui bibūt me adhuc ſitiēt. Eſt clara ad ſpeculādū. ij. Cor. iij. Nos aūt reuelata facie gloriā dei ſpeculantes. Eſt munda ad lauandū. Eze. xxxvi. Effundam ſup vos aquā mūdā: ⁊ mūdabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Spiritus enim ſanctus quoddā lixiuiū in corde hoīs generat per quod oīa peccata lauat. In quo quide; lixiuio ponit lachrymas p aqua que habent peccata lauare: ps. Lauabo per ſingulas noctes lec. me. la. ⁊c. Ponit memoriā mortis p cinere: que ſimiliter habet aīam peccatis mundare. Eccli. vij. Memorare nouiſſima tua ⁊ in eternum non peccabis. Ponit amorē celeſtē p ignē: qui ipm lixiuiū inflāmet. Lixiuiū enim frigidū non bene lauat: ſed calidum optime lauat. Quādo igit̄ lachryme noſtre ⁊ memoria mortis ab igne diuini amoris inflāmant̄: tūc omnis macula ⁊ rubigo peccati tollitur Luc. vij. Dimiſſa ſunt ei peccata multa: qm̄ dilexit multū. Vbi dicit glo. Incendit plene peccati rubiginē qui ardet valide per amoris ignē. Qñ igit̄ in tali lixiuio abluit̄: quātūcūq; fuerit niger albus efficiet̄. ps. Lauabis me ⁊ ſup niuē dealbabor. yſa. i. Si fuerint peccata veſtra vt coccinū: quaſi nix dealbabuntur. Iſtud p; de quadā muliere de qua legit̄ in vitis patrū. Que cū per ciuitate; cu; nimia ambitōe pcederet: eps quidā ſanctus eam vidēs ad terrā corruit ⁊ amariſſime flere cepit. Et cū interogaretur cur fleret. Reſpondit Fleo q2 iſta mulier plus ſollicita ē placere mūdo q̄ ego deo. Cum igit̄ eps domum rediſſet p ea orauit: cuius dn̄s preces exaudiuit. Sequēti autem nocte viſum ē ſibi q̄ quedam cornicula nigerrima ad eū veniret quam ille accipiens in aquam demerſit ⁊ ſtatim in colūbam candida; conuerſa fuit. Sequenti igit̄ mane illa mulier tota in lachrymis reſoluta ad pedes eius pcidit: que prius fuerat peccādo nigerrima poſtmodū in lachrymis baptizata tota facta eſt candida. Iſtā autē aquam ſpūalem deus nobis gratis dare pmittit. yſa. lv. Omnes ſitiētes venite ad aq̄s ⁊ qui non habetis argētum properate. emite. ⁊ comedite. Si ergo aliquis iſta; aquam non habet culpa eſt ipſius non recipientis ⁊ non dei offerentis. Si eīn offero tibi ciphum aque frigide ⁊ tu nō vis os apire. ſi porrigo tibi roſam ⁊ non vis eam accipere. ſi ſol ad feneſtrā verberat: ⁊ tu tenes eam clauſam. ſi pulſo ad oſtium ⁊ non vis mihi aperire: tua culpa ē ⁊ non mea. Deus aquā ſue gra-



tie nobis infundit: ⁊ nos os cordis claudimus. roſam gratie ſue nobis porrigit ⁊ nos accipere negligimus. radium ſue gratie nobis mittit: ⁊ nos voluntatem noſtram reſerare cōtēnimus. Ad oſtiu; noſtri cordis pulſat: ⁊ nos ſibi apire diſſimulamus. B ¶ Tertia aqua ē que in vitā eternam fluit que ad inſtar fluuij ibi datur: q2 ſancti ibi habent in maxima plenitudine abundantiā ſpirit⁹ ſancti. Apoc. vlti. Oſtendit mihi flumen aq̄ viue. Aliter enim cōicat aquam ſuā puteus. aliter fons. aliter fluuius. Puteus enim habet aquā abſcōditā ⁊ cū labore haurit̄. Fons vero habet aquā patentē ⁊ haurit̄ ſine labore. tū non diffundit ſe in magna plenitudine. Fluuius vero h; aquam patētē ⁊ de facili haurit̄: ⁊ i magna plenitudine ſe diffundit. Gratia igitur dei ē ad inſtar putei peccatorib⁹: q2 ē eis abſcōdita cū non ſint digni. ⁊ oportet q̄ cum multo labore penitentie ea; hauriāt. eſt tamē ille labor modicus reſpectu gratie quā acquirūt. Ecc. li. Modicum laboraui ⁊ inueni multā requiē. bonis aūt ad inſtar fontis: q2 facilit̄ poſſunt haurire: ſ; tū in pn̄ti modicū pn̄t guſtare. ps. xli. Sitiuit aīa mea ad deu; fontē viuū. Beatis autē datur ad inſtar fluuij: q2 in maxima abūdantia habent amorē ſpūs ſancti. ps. Inebriabunt̄ ab vbertate domus tue.

¶ Sabbato tertie hebdōe. xl. Sermo primus. 49

Adducunt ad ieſum ſcribe et phariſei mulierē in adulterio dep̄hēſam. Joā. viij. Iſti ſcribe ⁊ phariſei ſepe voluerūt ieſu; capere in ſermone vt ipm infamarēt ⁊ cōtra eū populū puocarēt. ſicut p; in iſto euāgelio. in quo quidē ponunt̄ tres differentie pſonaru;. ſ. phariſei. xp̄s. ⁊ mulier in adulterio deprehēſa. In phariſeis quidem duo fuerūt. ſ. ſubdoloſa adulatio. ⁊ fallax interrogatio. ¶ Subdoloſa adulatio fuit in hoc q̄ magiſtrū eū vocauerūt. Chriſo. magiſtrū eū vocauerunt vt quaſi honoratus: ſui ſecretū cordis ſimpliciter eis apiret. hec ē eni; hypocritaꝝ prima potētia ſimulata laudatio. Iſtam aūt laudē magiſterij xp̄s recipiebat a diſcipulis. Joā. xiij. Vos vocatis me magr̄ ⁊ dn̄e: ⁊ bn̄ dicitis. ſum etenim. q2 ſciebat q̄ eū ſic vocabant cauſa honorādi. ab iſtis tn̄ recipe noluit: ſciēs q̄ eū ſic appellabant cauſa tētandi. A Adulatores eīm ſunt ſcorpiones ⁊ apes Scorpio enim facie applaudit ſed cauda pungit. apes mel portant in ore ſed pungūt a poſteriori parte. ſic tales in facie laudant. in abſentia vituperant. ſūt enim ſicut ſyrene que ſunt piſces marini qui habent faciem mulieris. ſicut dicit glo. ſuper illud. yſa. xiij. Syrene in delubris voluptatis. que ita dulciter cātant q̄ nautas dormire faciūt ⁊ ſic naufragium patiuntur. ſed ſapientes naute aures claudūt: ⁊ ſic periculū euadunt. ſic ēt contra tales adulatores ſapientes debent claudere aures ⁊ non eos audire. Hiero. Nos ad patriam feſtinantes mortiferos ſyrenaru; cantus debemus aure ſurda tranſire B Nullus enim in hoc mundo debet velle laudari reſpiciendo ad vitam ſuam preſentem: futuram: ⁊ preteritam. ſi enim reſpiciant ad vitam preteritam. inuenit ſe multa ꝯmiſiſſe de quibus debet erubeſcere. Roma. vi. Quem ergo fructum tunc habuiſtis in illis in quibus nunc erubeſcitis. Si reſpicit ad vitam preſentem inuenit ſe eē in loco exilij: de quo multum deb; dolere. ps. Heu me: quia incolatus meus prolongatus eſt. ecce exilium. habitaui cum habitantibus cedar multum. ecce periculū qui habitant cum hominibus tenebroſis. Si reſpicit ad vitā futurā inueniet ſup ſe dei iudicia: de quibus multum debet timere. ps. A iudicijs eni; tuis timui. Nullus ergo in hac vita debet velle laudari. poſtquam habet cauſam tanti ruboris: doloris: ⁊ timoris. illi aūt qui ſunt in prima ſecure poſſunt laudari: cum nec de preterito habeant d̄ quo debeant erubeſcere cum ſint in omnimoda ſanctitate. nec de preſenti vnde debeant dolere cum ſint in plena iocunditate: nec de futuro vnde debeant timere enim ſint in eterna iocunditate ⁊ ſecuritate. ¶ Secundo in phariſeis fuit fallax interrogatio: cum dicitur.

Magiſter hec mulier modo deprehēſa ē in adulterio. hoc aūt dicebāt vt eum poſſent accuſare. C Jn xp̄o fuit veritas doctrine: māſuetudo: miſericordie: ⁊ rectitudo iuſticie. iuxta illō p̄s. xliiij. Propter veritatē ⁊ māſuetudinem ⁊c̄. Cogitauerūt igiť phariſei ⁊ dixerunt intra ſe. aut ipē dicet ꝙ iſta mulier dʒ lapidari: aut ꝙ nō dʒ: aut omnino tacebit. Si ipē dixerit ꝙ iſta mulier d̄bʒ lapidari: tunc eum deridebimus ꝙ nō hʒ manſuetudinē miſericordie quā ipē p̄dicat ꝓpter qd̄ ēt a populo adamať. ſi dixerit ꝙ non debeat lapidari ſed dimitti. tūc dicemus ꝙ nō hʒ rectitudinem iuſticie: ⁊ accuſabimus eum ꝙ hoſtis eſt legis ⁊ cōtrarius moyſi ⁊ deo actori legis. ⁊ iō ē potius cum adultera lapidādus. Si āt tacebit omnino: tūc ſibi imponemus ꝙ non habet veritatē doctrine. ſed ꝓpter timorē humanū ipām veritatē p̄dicare formidat. ſed chriſtus ſic reſpondit ꝙ de nullo iſtorum deprehēdi potuit: ſicut infra dicetur. D Jn ipſo aūt fuerunt duo. ¶ Prio matura diſcretio: in eo ꝙ digito ſcribebat in terrā. Per digitum intelligiť diſcretio. iudex ergo qū audit accuſantes non debet ſniam ſtatim dare: ſed diſcutere: ⁊ ea que audit debet in corde ſcribere. i. diſcrete inquirere ⁊ que agenda ſunt videre. Unde dicit glo. Decet vos auditis alienis malis non temere iudicare: ſed digito diſcretionis prius voſipſos diſcutere ſeu diſcurrere. Ad hoc autē ꝙ iudex diſcrete iudicet dʒ ſeruare illud qd̄ dr̄ Danie. v. Numerauit: appendit: ⁊ diuiſit. Dʒ enim culpas numeratiʒ inquirere. inquiſitas in ſtatera ſui iudicij ponderare. ponderatas diuiſim punire. Non enim debet culpas equaliter punire ſed diuiſim: qꝛ leues debet punire leuiter. mediocres mediocriter. ⁊ graues grauiter. Quid autē chriſtus in terra ſcriberet. Amb. dicit ꝙ ſcribebat in terra. terra terrā accuſat. Augu. dicit ꝙ ſcribebat illud quod poſtea voce expreſſit. qui ſine peccato ē veſtruʒ primus in eā lapideʒ mittat ⁊c̄. Glo. dicit ꝙ ſcribebat eoꝝ peccata que illi legebant ⁊ p̄e verecūdia exierunt. Chryſ. dicit ꝙ ſcribebat in terraʒ. abſorbe hos viros abdicatos. i. apte cōdēnatos. Phariſei enim ⁊ iſta mulier erant i duobus ſimiles ⁊ in duobus diſſimiles. ſimiles erāt in nature fragilitate. ⁊ quātum ad hoc cōuenit prima ſcriptura. ſ. terra terram accuſat. Et in peccatorum multitudine. ⁊ quātū ad hoc cōuenit ſecunda ſcriptura. ſ. qui ſine peccato ē veſtrum primus in eam lapidem mittat. quaſi dicat ſi iſta ē peccatrix ⁊ vos ſimiliter eſtis peccatores. Diſſimiles autem erant: quia peccata eoꝝ coram deo erāt ſcripta. Peccata auteʒ iſtius mulieris per cōtritionem erāt deleta. ⁊ ideo cōuenit alia ſcriptura que peccata eorum ⁊ nō iſtius ſcribebat. Illi etiam ſcripti erant in terra infernali. hec aūt ꝓpť penitentiam iam ſcripta erat in terra celeſti. ⁊ quātuʒ ad hoc cōuenit iſta ſcriptura, qua ſcripſit. terra abſorbe hos viros abdicatos. Nomina enim peccatoꝝ ſcripta ſunt in terra infernali. Hiere. xvij. Recedētes a te in terram ſcribenť: quia dereliquerūt venam aquarum viuētiuʒ dn̄m. E Nomina aūt ſanctoꝝ deus in quattuor locis ſcripſit. ſ. in palatio ſuo vt nūquam poſſint reprobari. Luc. x. Gaudete qꝛ nomina veſtra ſcripta ſunt in celis. Jn libro ſuo: vt nūquam poſſint falſificari. p̄s. Jn libro tuo oēs ſcribenť. Jn manibus ſuis: vt nunquam poſſint obliuioni tradi. Yſaie. xlix. Jn manibꝰ meis ſcripſi te ⁊c̄. Jn corde ſuo: vt nunquam poſſint non amari. ij. Corinth. iij. Epiſtola eſtis chriſti ſcripta nō attramēto ſed ſpiritu dei viui. F Secūdo i xp̄o fuit iuſta diffinitio cuʒ aiť. Qui ſine peccato ē veſtrum primus in illam lapideʒ mittat. Jn hoc chriſtus ſeruauit rectitudinem ſue iuſticie. Unde dicit glo. ſi lex iubet puniri reos: non tñ p̄ſimiliter puniēdos. ecce plena iuſticia vt mala iuſtꝰ puniat. Illi ergo vel ream dimittāt vel cum ea penā ſubeant. Seruauit ēt manſuetudinem ſue miſericordie: cuʒ dixit: Nemo te cōdēnauit mulier: nec ego te cōdēnabo. Seruauit etiam veritatē doctrine. de qua diciť Mat. ix. Miſericordiam volo ⁊ non ſacrificiū. G Jn muliere autē duo fuerunt. ¶ Primo thori maritalis violatio. ideo adultera nūcu



patur. ⁊ ideo lapidāda erat. quare autē debebat lapidari vxor que fornicať magis q̄ vir. tres cauſe ponuť. Eccli. xxiij. ¶ Primo qꝛ contra legē dei fecit. ¶ Secūdo qꝛ fidem ſuā non ſeruauit. ¶ Tertio qꝛ viro ſuo heredes extraneos acqſiuit. Unde dr̄ ibidem. ſic. mulier omnis relinquens virum ſuū ⁊ ſtatuēs hereditatem cū alieno m̄rimonio. ¶ Primo ēt in lege altiſſimi incredibilis fuit. ¶ Secundo virum ſuum dereliquit. ¶ Tertio in adulterio fornicata ē ⁊ ex alieno viro filios ſibi ſtatuit. G Augu. autem in enchiridion aliter reſpondet ⁊ dicit ꝙ mulier hʒ quattuor retrahentia a peccato fornicationis. ⁊ vir tm̄ vnū. ⁊ ideo maiori pena ē obnoxia que habet plura retrahētia. ¶ Primum ē diligens cuſtodia viri. Viri enim cuſtodiūt vxores ⁊ nō vxores viros. Ecc. xxv. Si nō ambulauerit mulier ad manū tuam cōfundet te in cōſpectu inimicorum tuorū. ¶ Secundum ē verecūdia ⁊ confuſio mundi quia maior eſt cōfuſio mulieri quando fornicať q̄ viro ſi fornicatus fuerit. Prouer. xij. Putredo in oſſibus eius que cōfuſione res dignas gerit. ¶ Tertiuʒ eſt terror legum. lex enim diuina ⁊ humana iubet puniēdam mulierē fornicariaʒ ⁊ non virū fornicariū. Unde dr̄ hic in lege aūt moyſi mandauit nobis huiuſmodi lapidare. ¶ Quartū ē timor dei qui debet eam retrahere a peccato. Prouer. xv. per timorē dn̄i declinat omnis a malo. ⁊ illud ſolum ſicut dicit Aug. viros retrahit. non enim timent vxoris cuſtodiam: nec mūdi verecūdiam: nec legum aliquā penā. timet āt dei offenſaʒ. F Secundo in muliere fuit dei magna miſeratio ꝙ nullā ſibi penitētiā iniunxit: ſʒ tantuʒ ei dixit vade ⁊ amplius noli peccare. H Vidit enim ipām habere contritionem tantā que ad ſatiſfactionem ſufficiebat. Aliter enim non ſufficit ꝙ quis peccata dimittat niſi ſatiſfaciat. ſicut oſtendit Greg. in paſto. ꝑ tria exempla. I ¶ Primū exemplū ē: qꝛ ſiquis lr̄is vel inſtrumētis falſum ſcripſerit: non ſufficit ꝙ vlterius non ſcribat: niſi etiam ꝙ male ſcriptū ē deleat. peccata autem noſtra coram deo ſcripta ſunt. Hier. xvij. Peccatum iuda ſcriptū ē ſtilo ferreo in vngue adamātino. non igiť ſufficit vt quis amplꝰ nō peccet niſi qd̄ male fecerit ꝑ ꝯtritionē ⁊ lachrymas lauet. talis enim ſcriptura nō pōt melius lauari q̄ per aquā lachrymaꝝ. p̄s. Lauabo per ſingu. noc. le. meū ⁊c̄. ¶ Secūdū exēplū ē: ꝙ ſi quis alicui blaſfemias dixerit: non ſufficit ꝙ vlterius non dicat niſi d̄ his que male dixit ſatiſfaciat. Qm̄ igiť quis peccat nūc deum blaſphemat. Rom. ij. Nomen dei per vos blaſphematur. non ergo ſufficit vt ab his peccatorꝰ blaſphemijs abſtineat: niſi de his q̄ fecerit coram deo ſe reprehēdat ⁊ penitentiam agat. Job. xlij. Jccirco ipē me reprehēdo ⁊ ago penitētiam in fauilla ⁊ cinere. ¶ Tertiū exēpluʒ ē qꝛ debitor nō abſoluiť a debitis que cōtraxit ꝓ eo ꝙ alia nō multiplicat: niſi ea que cōtraxerit perſoluat. Qm̄ aūt peccamus dei debitores ſumus. ab his ergo peccatorum debitis abſoluti nō ſumus ꝓ eo ꝙ alia peccata non multiplicamus: niſi de his que contraximus deo digne ſatiſfaciamus. ab iſtis debitis quotidie abſolui petimus cum in oratione dominica dicimus. Et dimitte nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoribꝰ noſtris.

¶ Eodē ſabbato tertie hebdōe. xl. Sermo ſecūdus. 50

Jeſus autem inclinās ſe deorſum digito ſcribebat in terra. Jnclinatio xp̄i ſignificat eius humilitatē: qua intātuʒ ſe inclinauit ꝙ in vterū virginis deſcēdit. inclinando aūt ſe in terrā ſcripſit. Per terrā ſignificatur virgo maria: que ſic fructifera fuit ꝙ illū fructū ꝓtulit. d̄ quo dr̄ yſa. xlv. Aperiať terra ⁊ germinet ſaluatorē. Jn iſta terra xp̄s ſcripſit qn̄ m̄rem ſuā omnibus donis ⁊ virtutibꝰ dotauit ⁊ adornauit. Jn verbis igiť p̄miſſis tria notantur. ¶ Primo oſtēdiť de filio quāte fuerit humilitatis: cū dr̄. Jeſus aūt inclinans ſe deorſum. intelligiť de ſede p̄ris in mūdū. ¶ Secūdo oſtendiť de matre quāte fuerit excellētie ⁊ dignitatis: cum dr̄: digito ſcribebat. ¶ Tertio oſtendiť de ipā m̄re quāte fuerit cōſtantie ⁊ firmi

tatis in eo ꝙ terra vocatur. A ¶ Cir-
ca eius inclinationē.i.eius humilitatē
qua in vterū virginis deſcēdit. Notādū
ꝙ tunc xp̄s magis iſerius ſe inclinauit
ꝙ̄ inclinare potuit. ideo ſignāter dicit:
inclinās ſe deorſuz. Natura quidē diui-
na ſup omnia eſt. infra autē diuinā an-
gelica. infra angelicā natura humana.
infra naturā humanā eſt pena. infra pe
nā eſt culpa ſiue peccatū. infra vero pec
catū eſt nihil: quia omnib⁹ rebus īfimis
peccatū infimū locū tenet. Inquātū igi-
tur xp̄s in vterū virginis ſe inclinauit ꝛ
naturā paſſibilē aſſumpſit. īclinauit in-
tantū naturam diuinā: ꝙ infra ſeipſum
exinaniuit. Phil. ij. Qui cū ī forma dei
eſſet nō rapinā arbitratus eſt eē ſe equa-
lem deo: ſed ſemetipſuz exinaniuit for-
mā ſerui accipiēs. Inclinauit ſe īfra na
turā angelicā: quia paulo minus ab an-
gelis minoratus ē. p̄s. Minuiſti eū pau-
lo minus ab āgelis ꝛc. Inclinauit ſe in-
fra naturā humanā: q: opprobriū homi
nū factus. p̄s. xxi. Ego ſum vermis ꝛ nō
homo: opprobriū hominū ꝛ abiec. plebis
Yſa. liij. Nō eſt ei ſpecies neqꝫ decor: ꝛ vi
dimus eū ꝛ nō erat aſpectus ei. Inclina
uit ſe tādez vſqꝫ ad penā: quia propter
nos vulneratus ē. Yſa. liij. Vulneratus
eſt ꝓpter iniqui. noſtras: attritus eſt ꝑ-
pter ſcelera noſtra. Vſqꝫ ad culpaz ſine
peccatū ſe nō inclinauit: q: deus erat in
quē peccatū cadere nō poterat. Debuit
etiā eſſe ſine peccato qui omnia venerat
auferre peccata. B Secūdo oſtēditur
de matre quāte fuerit excellētie ꝛ digni
tatis in eo ꝙ ſcripta fuit. tota eniz trini
tas in ea ſcripſit. nā pater in ea ſcripſit
ſuā potentiā. filius ſuā patientiā. ſpiri-
tus ſanctus ſuā bonitatē ꝛ miſericordiā
ꝛ ſic pater fecit eaz potentē ad adiuuan
dū. filius fecit eā ſapientē ad aduocan-
duz. ſpūs ſanctus fecit eaz clementē ad
miſerandū. ¶ Primo pater fecit eaz po-
tentē ad adiuuāduz. Ecc. xxiiij. In hie-
ruſalē poteſtas mea. Eſt eniz tā potens
effecta ꝙ poteſt nos adiuuare in vita: in
morte: ꝛ poſt mortē. Si enizquis habe-
ret amicū qui poſſet eū iuuare ī vita eēt
bonus. ſi haberet aliū qui poſſet iuuare
in morte eſſz melior. ſi vero haberet aliū

qui poſſet iuuare poſt mortē iſte eēt opti
mus. C Beata igit virgo in iſto tripli-
ci ſtatu adiuuare nos poteſt. Unde can-
tat eccleſia. Maria mater grē mater mi.
tu nos ab ho. p. ꝛ ho. mor. ſu. ¶ Primo
quidē adiuuat in vita. in preſenti ꝛ eniz
vita quidaz ſunt iuſti ꝛ qdā peccatores.
iuſtos adiuuat: q: ꝯſeruat in eis dei gra
tiaz. ideo dicit mater gratie. peccatores
adiuuat: q: īpetrat eis diuinā miſericor-
diā. iō ſubdit mater miſericordie. ¶ Se
cūdo adiuuat in morte: q: tūc a diabolo
nos defendit. diabolus eniz eſt tāte au-
dacie ꝙ nō tantū ad peccatores ſed etiā
ad viros ſanctos qui moriunt venit: vo
lēs ſcire ſi aliqd̄ ius in eis habeat. ſicut
venit ad mortē ſancti Martini. Sz bea
ta virgo qū moriunt aliq ſui deuoti ad
eos venit ꝛ a demonibus eos protegit ꝛ
defendit. Ideo dr̄: tu nos ab hoſte prote
ge. ¶ Tertio adiuuat etiā poſt mortem
qū eniz aliqui ſancti viri moriunt: tunc
angeli veniūt ꝛ aīas eoꝝ deducūt in ce-
lū. ſed qū moriunt aliq deuoti beate ma
rie virginis. ipā ad eos venit ꝛ eoꝝ aīas
ſuſcipit ꝛ in celū deducit. iō ſubdit: ꝛ ho
ra mortis ſuſcipe. ¶ Scd̄o filius eā fecit
ſapiētē ad aduocādū. vn̄ ſignificata ē p
illā mulierem ſapiētiſſimā de qua di. ij.
Regū. xiiij. Miſit ioab thecnā ꝛ tulit in
de mulierē ſapiētē que ꝑ abſalone apd̄
dauid aduocauit: allegās generalē īfir
mitatē. dicēs oēs morimur ꝛ qſi aq̄ dila
bimur ſup terrā que non reuertunt. vbi
btā virgo allegat p̄mo hūane miſerie ge
neralitatē: q: oēs moriunt. ſcd̄o ꝯtinui-
tatē: q: qſi aque dilabunt. tertio irreuo-
cabilitatē: q: nō reuertunt. hō eiz ē ſpūs
vadēs ꝛ nō rediēs. hꝫ eniz iſta aduoca-
ta oīa illa bona que in bono aduocato
requirunt. bonus enim aduocatus tria
dꝫ habere. bonā diligētiā vt ſit valde ſol
licitus in ꝓmouēdo cām ſuā. q: ſi negli-
gēs eēt cito ſuccūberet. ſed ſi eſſet ſollici
tus ꝛ parū eſſet iuris peritus nō eēt bo-
nus aduocatus. ideo oportet vt ꝑter di-
ligentiā habeat etiā magnā ſapientiaz.
ſed ſi ſollicitus eſſet ꝛ peritus ꝛ regi aū
quem aduocaret ꝛ toti familie ſue eſſet
odioſus. nō eſſet idoneus aduocatus. ꝛ
ideo oportet ꝙ coraz rege ꝛ familia ſua



habeat gratiā. D Ille igit optim⁹ eſt
aduocat⁹ q hꝫ magnā diligētiā: magnā
ſapiētiā: ꝛ magnā gratiā. iſta tria hꝫ nr̄a
aduocata. ſicut dauid in ſpū ſcō ꝓuidēs
dixit: Aſtitit regina a dextris tuis: ecce
quāta diligētia. nō eniz ad horā recedit
ſed a dextris filij ſemꝑ aſtitit ꝛ ꝑ pecca-
toribus itercedit. In veſtitu deaurato.
ecce quāta ſapiētia. Per auruz enim in
ſacra ſcriptura diuina ſapiētia ſignifi-
catur. Alij eniz ſancti habuerūt aurū. i.
ſapiētiā diuinā: ſed nullus veſtitus fuit
auro vt virgo beata. iō dr̄: in veſti. deau.
Tūc eniz diuina ſapiētia ipſam veſtiuit
qū nouē mēſib⁹ in vtero eius habitauit.
hinc ēt colligēdū eſt quāta ſapiētia cor
eius reſplēduit qū diuīa ſapiētia nouez
mēſib⁹ in vtero eius hītauit. iſta eſt illa
mulier de qua dr̄ Apoc. xij. Signū ma-
gnū apparuit in celo. mulier amicta ſo-
le. Tūc eniz amicta ſole fuit: qū ſol iuſti
cie in ea deſcēdit. Circūamicta varietate
ecce quāta grā coraz rege ꝛ ſua familia.
intātū eſt eniz toti celeſti curie gratioſa
ꝙ oēs eam circūdāt. nā in celo quot ſūt
ordines tot ſūt varietates. iſte varieta-
tes tanꝙ̄ domicelle eā circūdāt. ꝛ tanꝙ̄
dn̄az ꝛ reginā eā ſemꝑ aſſociāt. ideo can
tat eccleſia. ſicut dies verni circūdabāt
eā flores roſaꝝ. i. oēs ſocietates martyꝝ
ꝛ lilia ꝯualli. oēs ſocietates angeloꝝ: cō
feſſoꝝ: ꝛ virginū. ¶ Tertio ſpūs ſanctus
fecit eā clemētē ad miſerādū. Sūt enim
qdā ſancti in celo qui qū rogant ſequūt
īformationē ſue ꝯſciētie. ꝛ iō qnqꝫ deuz
rogare nolūt: q: hūt ꝯſciētiā ꝙ illi non
ſūt digni exaudiri. Alij ſancti ſunt q qū
rogant ſequunt rectitudinē diuine iu-
ſticie. Et ideo ſi rogant ꝛ ſciūt ꝙ diuine
iuſtitie hoc nō ꝯpetit rogare nō audēt.
Beata aūt virgo nō reſpicit ad conſcien
tiā nec ad iuſtitiā ſed ad miſericordiaz.
ac ſi dicat teneant ſe ad ſuas ꝯſcientias
qui volunt: reſpiciāt ad dei iuſtitiā. ego
me ſemper tenebo ad miſericordiā. E.
Propter iſtaz miſericordiā tam excellē-
tem ipſa dicit de ſeipſa. Eccl. xxiiij. qua-
ſi oliua ſpecioſa in campis. Ex quo ha-
betur ꝙ ipſa habet miſericordiā excedē
tem: congruentē: ꝛ patentē. Excedentez
qdem per hoc quod dicit: oliua. Sicut

eniz oleuz omnibus liquoribus eminet:
ſic miſericordia eius omnib⁹ ſanctoruz
miſericordijs preeminet ꝛ illas excellit.
vnde illō quod dr̄ Eccl. xviij. de dn̄o po
teſt dici etiā de dn̄a. miſeratio hoīs cir-
ca proximū ſuū. Miſericordia autē dn̄i
ſuper omnē carnē. Habet etiā miſericor
diā ꝯgruentē. ideo dr̄: Specioſa. Tunc
eniz dr̄ ſpecioſa qū ī tēpore neceſſitatis
ꝛ tribulatōis īpēdit. Iuxta illud Eccl.
xxxv. Specioſa miſericordia dei in tpe
tribulatōis. Iſtā miſericordiā ꝯgruētez
in tpe tribulatōis btā virgo īpēdit ꝛ ſub
uenit. Iō vocat luna. ꝛ lucet in nocte: q:
ipſa īpendit lucē ꝯſolatōis ī tribulatōe.
Habet ēt miſericordiā patētē: iō dr̄ oliua
in cāpis nō ī hortis. Ad oliuas qdē hor
toꝝ nō oēs poſſunt accedere. ad oliuas
aūt campoꝝ oēs poſſunt ire. Quidā ſan
cti vident eſſe oliue horti celi: q: miſeri-
cordias ſuas nobis clauſas tenēt: q: di-
gni nō ſum⁹. Btā aūt virgo ē ſicut oliua
in cāpis: q: eius miſericordia ē cōis. Vn̄
dicit Bern̄. de plenitudine eius capiunt
vniuerſi. egri curationē: triſtes ꝯſolatio
nē. pctōres veniā. iuſti grāz. angeli leti-
tiā. fili⁹ hoīs humane carnis ſubſtātiaz.
tota trinitas gloriā. ita vt nō ſit q ſe ab-
ſcondat a calore eius. ¶ Tertio fuit ma
ria multe ꝯſtātie ꝛ firmitatis: qd̄ oſtēdit
in hoc quod terra vocat. Eccl. v. Gene-
ratio preterit ꝛ generatio aduenit. terra
autē in eternū ſtat. Nam in paſſione xp̄i
generatio apoſtoloꝝ ꝑterijt: q: fidē amī-
ſit. Sed in reſurrectōe aduenit: q: tunc
eaz recuperauit. Sed terra. i. beata vir-
go cadere non potuit. F Ceciderunt
qdez apoſtoli in paſſiōe xp̄i a fide: a gra
tia: a ſocietate xp̄i: q: ipſuz ſoluz reliqueꝛ
runt. ¶ Sed beata virgo a fide cadere
non potuit: quia in altitudine ſapientie
diuine erat fundata. p̄s. Fundamēta ei⁹
in montibus ſanctis. Ideo ſignificatur
per ſtellā maris que ceteris ſtellis occi-
dentibus: illa non occidit. ſic beata vir-
go ceteris apoſtolis cadētibus ipſa ca-
dere nō potuit. ¶ Secūdo cadere nō po
tuit a grā: q: ſeptē colūnis. i. ſeptem do
nis ſpūs ſancti fuerat ſtabilita. Prouer.
ix. Sapiētia edificauit ſibi domuz: exci-
dit colūnas ſeptem. ¶ Tertio nō potuit

cadere a ſocietate xp̄i: q̄r cruci eius fuit ſemꝑ cōiuncta. Joan.xix. Stabat iuxta crucē ieſu mater ei⁹. Et q̄r ſic firma fuit ita ꝙ nec a fide nec a gr̄a nec a ſocietate xp̄i cadere potuit: ideo ipſa dicit Eccli. xxiiij. Ab initio ⁊ ante ſecula creata ſuz: ⁊ vſq̄z ad futuꝝ ſeculum ⁊c̄.

¶ Dn̄ica q̄rta.xl. Sermo pm⁹. li

Abiit ieſus trās mare galilee qđ eſt tyberiadis. Jo.vi. In p̄nti euāgelio fit mentio de tribus generibus pſonarum. ſ. de xp̄o: de diſcipulis: ⁊ turbis. A In xp̄o fuerūt tria. ſ. magna clemētia: magna potētia: ⁊ magna ꝓuidētia. ¶ Clemētia eius fuit in duobus. ☞ Primo i hoc qđ dr̄ ꝙ oculos ſubleuauit ⁊ turbam vidit. Beda. ꝙ ſubleuaſſe oculos ieſus ⁊ venientē ad ſe multitudinem vidiſſe phibeť: diuine pietatis indiciū eſt: q̄r videlicet cūctis ad ſe venire q̄rentibus gratia miſericordie celeſtis occurrere ꝯſueuit. B Notādum autez ꝙ duos deus oculos hz. ſ. oculū ſapiētie. Eccl.xiij. Omnia videt oculus eius. Et oculū miſericordie. Sap.iiij. Gratia dei ⁊ miſericordia eius in ſanctos eius: ⁊ reſpectus in electos illi⁹. Iſtos duos oculos olim deus clauſos tenebat. Et oculū ſapiētie q̄r nulli viā eūdi ad patriā oſtēdebat. Et oculū miſericordie: q̄r nullum ſibi recōciliare volebat. Job.xxx. Sto ⁊ nō reſpicis me. ſ. oculo ſapiētie. mutat⁹ es mihi in crudelē: q̄r nō vides me oculo miſericordie. Tādē aperuit deus oculū ſapiētie: qn̄ iudeoꝝ populo legem dedit. Oculū aūt miſericordie clauſuz tenebat: q̄r nullū ad ſe recipiebat. Modo autez oculos ambos aperuit. Et oculuz ſapiētie: per quē nobis viā oſtēdit. Et oculū miſericordie: ꝑ quē nos ad ſuā gloriā recipit: ideo dr̄: Cū ſubleuaſſet oculos ieſus. ☞ Scđo eius clemētia fuit in hoc ꝙ de his que facturus erat tā familiariter cū ſuis diſcipulis ꝯferebat. Vn̄ dixit ad Philippū: Vnde eme. pa. vt mā. hij ⁊c̄. Xp̄s nāq̄z iter diſcipulos mō exhibebat ſe ſuꝑiorē dicēs: Joan.xiij. Uos vocatis me dn̄e ⁊ magiſter: ⁊ bn̄ dicitis ⁊c̄. Modo inferiorē. Luce.xxij. Ego aūt in medio veſtrū ſum ſicut q̄ miniſtrat. Modo equālē. Joā.xiiij. Jā nō dico vos ſer. ſed ami. C In hoc dať exēplū p̄latis: ꝙ inter ſuos ſubditos aliqn̄ debēt ſe oſtēdere tanq̄ ſuꝑiores: ⁊ hoc in officio correctionis. Timo.ij. Argue cū omni īperio. Aliqn̄ tanq̄ inferiores: ⁊ hoc in humili ſui reputatiōe. i. Teſſal.ij. Facti ſum⁹ paruuli in medio veſtruz ⁊c̄. Aliqn̄ tanquā equales: ⁊ hoc in amabili conuerſatiōe. Ecc.xxij. Rectorē te poſuerūt noli extolli: ſed eſto in illis quaſi vnus ex illis. D ¶ In xp̄o fuit magna potētia: que oſtenditur i duobus. ☞ Primo i hoc ꝙ q̄nq̄z panes ſic multiplicauit ꝙ quinq̄z milia hoīuz ide ſatiauit: exceptis mulieribus ⁊ puulis. Sicut dr̄ Mat.xiiij. Et nihilominus duodecim cophini ſuꝑfuerunt. Hoc eniz fuit potētie īfinite. Multiplicabanť aūt iter man⁹ xp̄i ipſi panes duz eos frāgeret. Inter manus diſcipuloꝝ dum eos diſtribuerēt: ⁊ iter dētes edentiū: dū eos ederēt. Iſtud aūt miraculuz quotidie fit: ⁊ tn̄ nemo mirať. Aug. Maius miraculū eſt gubernatio toti⁹ mundi q̄ ſaturatio q̄nq̄z miliū hoīum de q̄nq̄z panibus: ⁊ tn̄ hoc nemo mirať. Iſtud mirātur hoīes: nō q̄r maius eſt: ſz q̄r rarū eſt. Vn̄ eim multiplicat de paucis granis ſegetes: idē multiplicauit i manib⁹ ſuis q̄nq̄z panes. P̄tās in xp̄i manibus erat: Panes autē illi q̄nq̄z: ſemina erant nō q̄dez terre mādata: ſed ab eo q̄ terrā fecit multiplicata. E ¶ Ideo notādū ꝙ ſūt q̄daz miracula que hn̄t tn̄ vtilitatez ſed nullā admiratione: q̄r ex vſu viluerūt: ſicut eſt mūduz gubernare: ſegetes de terra ꝓducere: hoīes de muliere facere: ⁊ huiuſmodi. ☞ Quedā ſunt que hn̄t āmiratiōez ſed nullā vtilitatez: ſicut ſunt miracula magoꝝ ⁊ antixp̄i. ſicut eſt per aerē volare: ſtatuas facere loq̄: ⁊ huiuſmodi. ☞ Quedā ſunt que hn̄t āmiratiōnē ⁊ aliquā tꝑalez vtilitatē: ſed nullā neceſſitatē: ſicut ſunt miracula maloꝝ xp̄ianoꝝ: q̄ dicūt. Mat.vij. Dn̄e dn̄e nō ne in noīe tuo ꝓphetauimus. Nō enim faciūt illa vt īfideles ꝯuertātur vel fideles in fide ꝯfirmenť: ſed vt ipſi reputentur. Miracula autez que fecit xp̄s ⁊ alij ſancti hn̄t āmiratione: q̄r ſūt ꝑter ordinē curſumq̄z nature. Et hn̄t vtilitatē: q̄r



ſiunt ꝓpter ꝯſolationē īdigentiū. Et habēt neceſſitatē: q̄r ſiunt q̄n īminet neceſſitas fidei vel aliquod periculū. Tale fuit miraculū xp̄i. Habuit eniz āmirationez. Unde dr̄ ꝙ illi hoīes cū vidiſſent ꝙ fecerat ſignū: dicebāt: Hic eſt vere ꝓpheta q̄ venturus eſt in mūduz. Habuit vtilitatez: q̄r quinq̄z milia hoīuz ſaturauit. Habuit neceſſitatē: q̄r cū illi īfideles eēnt ex hoc multos ad fidez cōuertit. ☞ Secundo oſtēdit potentiā ſuam in hoc ꝙ panes aſperos. i. ordeaceos: in panes dulces ⁊ ſuaues cōuertit. F Credendū eſt eniz ꝙ nūquā fuerūt panes ⁊ piſces dulcioris ſaporis. Et ratio poteſt eſſe. Quoniā aliq̄d fieri poteſt: aut per naturam: aut per artem: aut per miraculū. Id autez quod fit ꝑ naturā: melius eſt in eodē genere ⁊ in eadez ſpecie q̄ illud qđ fit ꝑ artificiū. Illud vero qđ fit ꝑ miraculuz: melius eſt q̄ illud qđ fit per naturā vel per artē. Verbi gratia. Auꝝ alchimicuz qđ fit ꝑ artificiū hoīs videť eſſe ꝑcioſuz: ſed auꝝ naturaliter radijs ſolaribus in terre viſceribus generatū eſt precioſius. Si vero aliquis ſanctus miraculoſe aliquā materiā in aurū cōuerteret: ſicut fecit Joānes euāgeliſta: illud aurū eēt precioſiſſimū. Cū igiť iſti panes fuerūt miraculoſe multiplicati: manifeſtum eſt ꝙ fuerūt dulcioris ſaporis q̄ aliq̄ alij panes: q̄r iſti panes partiz fuerūt opus nature: inquātū grana naturalr̄ ſunt ꝓducta. Et fuerūt opus artis īquātū grana fuerūt cōtrita ⁊ farina fermētata: ⁊ panes modo alioꝝ decocti. Fuerūt etiam opus gratie inquātū miraculoſe fuerūt multiplicati. ¶ Tertio in xp̄o fuit magna ꝓuidētia in eo ꝙ precepit ꝙ fragmēta ⁊ reliq̄as colligerēt: vt denuo pauperib⁹ darēt. G ¶ Notandū tn̄ ꝙ ſunt quedā reliq̄e diſꝑgēde: ſicut ſunt reliq̄e peccatoruz. i. mala cogitatio ⁊ delectatio: que remanēt aliquādo poſt peccatū. Yſa.xiiij. Perdā babylonis nomen ⁊ reliq̄as ⁊ germen ⁊ progeniē. Nomina babylonica ſunt verba laſciua. Germina ſunt mala opera. Reliquie ſunt cogitationes male. Iſta omnia ſunt diſpergēda. ☞ Alie ſunt reliq̄e colligēde ⁊ cōſeruande: ſicut ſunt reliq̄e bonaruz cogitationū. p̄s. Reliq̄e cogitatiōis diez feſtum agēt tibi. Reliq̄e cogitationū. i. ipſe cogitationes bone que relinquunť poſt op⁹ bonū: deo faciunt feſtū magnū. Vel reliquie cogitationū ſūt ſomnia ſanctorum viroꝝ que cauſanť ex cogitatiōibus precedētibus. Et ille reliq̄e faciunt deo magnū feſtū. Quia ſicut dicit Greg. Somnia ſanctoꝝ nō vacāt a merito. ☞ Tertie reliq̄e ſūt que ſunt erogāde: ſicut ſūt reliq̄e ciboꝝ que ſunt paupibus erogāde. Sed tn̄ de multis dr̄ illud p̄s. Saturati ſūt filijs. i. cū filijs ſuis. Et tn̄ reliq̄as nō dederūt: ſed dimiſerūt eas puulis ſuis. H ¶ Scđo fit mentio de diſcipulis. Inter quos fuerūt tres differētie. Quoruz q̄dā erāt in fide adhuc tardi: ſicut Philippus qui reſpōdit. Ducētoꝝ denarioruz panes non ſufficiunt eis. Alij adhuc erāt in fide iperfecti: ſicut andreas q̄ dixit: Eſt vnus puer hic ⁊c̄ Alij erāt deuoti ⁊ ſeduli ſicut alij diſcipuli q̄ panes a xp̄o receptos ſollicite diſtribuebāt. Nō eſt ergo mirāduz ſi i aliqua religiōe aliq̄ inueniuntur tardi: ſicut ſunt īcipientes. Aliq̄ nōdū pfecti: ſicut ſunt proficiētes. Aliqui deuoti: ſicut ſūt perfectionē apprehēdētes. I Tertio fit mētio de turbis in q̄bus tria fuerūt. ☞ Vnū eſt humilis ſeſſio. Unde diciť: Diſcubuerūt ergo viri ⁊c̄. Per ſeſſionē igiť corporis intelligiť q̄es mentis. Qui igiť vult a deo ſpiritualiter paſci oportet ꝙ ſedeat. i. a curis ſuꝑfluis ⁊ anxietatibus ⁊ perturbationibus ꝯquieſcat. Hinc eſt ꝙ filij iſrael non potuerūt paſci māna celeſti quādiu fuerūt in egypto: ⁊ q̄diu farinā ſecū tulerūt: ⁊ q̄diu non trāſierūt mare egypti. qui ergo vult paſci manna celeſti: exeat de egypto. i. đ tenebroſitate peccati. abijciat farinā egypti. i. occaſiōes pc̄ti. tranſeat mare. i. turbationes ⁊ fluctuationes mūdi. Secūdo in turbis fuit plena refectio. qđ notať cum diciť: Cū aūt impleti eſſent ⁊c̄. ⁊ ſignat celeſtē refectionē in q̄ ſancti plene ſatianť. K In inferno quidem eſt fames omnimoda ⁊ tāta ꝙ pre nimia fame tantum pellis in eis remanebit. Thren.iiij. Adheſit cutis eorum oſſibus: aruit ⁊ facta eſt quaſi lignuz. tanta ꝙ fames intra coſtas coꝝ concluſa erit.

Job. xviij. Inedia inuadat coſtas eoꝝ. tā
ta ꝙ liguas ꝓpꝛias mādacabūt. Apoc. i.
Cōmāducauerunt linguas ſuas. tāta ꝙ
bꝛachia ſua deuoꝛabunt. Yſa. lvi. Unuſ-
quiſq; bꝛachia ſua voꝛabit. In celo erit
ſatietas plena. ps. Satiaboꝛ cum appa-
ruerit gloꝛia tua. ſed in mūdo eſt ſatie-
tas ſemiplena. ps. Calix in manu dñi vi
ni meri. ecce ſatietas celi: plenus mixto.
ecce ſatietas mūdi. verūtamen fex eius
nō eſt exinanita ⁊c. ecce miſeria ⁊ fames
inferni. ¶ Tertio in turbis fuit deuota
laudatio cum dicitur: illi ergo homines
cū vidiſſent ſignū quod fecerat deus di-
cebāt: quia hic eſt vere pꝛopheta ⁊c. L
¶ Qñ igit comedimus pꝛius debet pꝛe-
cedere benedictio: cū dicit: Accepit ergo
ieſus panē ⁊c. Et cū gratias egiſſet ⁊c. i.
Tim. iiij. Omnis creatura dei bona eſt ⁊
nihil reijciēdum qđ cū gratiarū actione
percipit. ſanctificat enim per verbū dei
⁊ oꝛationē. ¶ Deide debet cōicari lectio.
Aug. Cū acceditis ad mēſam donec īde
ſurgatis quod vobis ſecūduȝ cōſuetudi-
nem legitur ſine tumultu ⁊ cōtentione
audite. ¶ Ultimo debet ſubſequi gratia
rum actio. i. Coꝝ. x. Siue māducatis ſi
ue bibitis vel aliquid aliud facitis: om-
nia in gloꝛiaȝ dei facite.

¶ Eadem dñica quarta quadrageſime
Sermo ſecūdus. 52

ACcepit ergo ieſus pa-
nes ⁊ cum gra-
tias egiſſet diſtribuit diſcum-
bētibus. Iſtud euāgeliū bis
in anno recitat in eccl'ia. ſ. vltima dñica
ante aduētū. ⁊ hoc eſt ꝓpter finē euāge-
lij vbi dr: hic eſt vere ꝓpheta qui ventu-
rus eſt in mūdū. Et in q̄rta dñica q̄dra-
geſime. ⁊ hoc ꝓpter pꝛīcipiū euāgelij vbi
dr: Erat aūt pꝛimum paſcha dies feſtus
iudeoꝝ. Uocat autē iſta dñica dupl'r. ſ.
dñica de roſa: ⁊ dominica de panibus.
¶ Cauſa autē pꝛime appellatiōis eſt. q2
i hac die ſūmus pōtifex p vrbē poꝛtat ro
ſaȝ aureā muſco ⁊ balſamo ītus plenaȝ:
quā poſtmodū dat p̄fecto vrbis. Quare
autē iſta roſa poꝛtat rō triplex aſſignari
pōt. Una litteralis. alia ſpūalis. ⁊ tertia
moꝛalis. Rō autem litteralis pꝛout dicit
Innocentius in ſermone quodam. qm̄

coꝛruptibile coꝛpus noſtruȝ ex nimio la-
boꝛe ⁊ fatigatiōe deficeret: niſi ipſum ad
recreatiōis remedium releuaret. Unde
dicit: Interpone tuis īterdū gaudia cu-
ris. nā qđ caret alterna requie durabile
nō eſt. ¶ Unde ⁊ ſanctus Antoni9 poſt
lōgum laboꝛē ſolitus erat ducere aliquā
recreatione ⁊ cum hoc cuidā ſagittario
diſplicuiſſet. docuit eū ſanctus Antoni-
us per arcus nimiā extenſionē ꝙ opoꝛ-
tet interdū laxare vigoꝛeȝ. Eccleſia igit
populū ieiunijs fatigatū tripl'ci reme-
dio nitit hodie releuare. ¶ Pꝛimo ver-
bo letificāte. omnia eniȝ que ſunt in ho-
dierna miſſa taȝ in introitu ꝙ̄ in epiſto
la ꝙ̄ in toto officio ſūt gaudioſa. ⁊ ideo
eos qui in penitētia laboꝛāt foꝛtificarīq2
delectatio foꝛtificat opatione: vt dicit in
ethicis. ¶ Secūdo cibo ꝯfoꝛtante: ſicut
patet in euāgelio. Iſtud eniȝ miraculuȝ
de quinq; panibus ſicut tunc refecit coꝛ
poꝛaliter: ſic nos dbet reficere ſpūaliter.
¶ Tertio quodā ſolatio recreāte. ſ. roſe
depoꝛtatōe. vn̄de dicit ibidē Innocē. Ne
populus ꝓpter aſperitatē quadrageſi-
malis obſeruātie continuo laboꝛe defice
ret. in hac media dñica roſe ſolatiuȝ in-
terponit vt anxietas tēperata meli9 ſuf
feratur. ¶ Secūda ratio eſt ſpūalis. per
roſaȝ enim illā taȝ naturalē ꝙ̄ artificia-
lem xp̄s ſignat. A In illa eniȝ roſa ar-
tificiali tria ſūt. ſ. Auruȝ: muſcū ⁊ balſa-
mū. Similiter in xp̄o ſunt tres ſubſtan-
tie. ſ. Caro que ſignat per aurū quod coꝛ
rūpi nō poteſt. ps. xv. Nō dabis ſanctuȝ
tuū videre coꝛruptionē. Anima que ple-
na fuit muſco. i. odoꝛe omniū virtutuȝ ⁊
gratiaꝝ. Cant. i. Trahe me poſt te. curre
mus in odoꝛē vnguētoꝛuȝ tuoꝛuȝ. Et di
uinitas que ſignatur per balſamū. Ecc.
xxiiij. Quaſi balſamū non mixtuȝ odoꝛ
meus. Diuinitas eniȝ fuit carni vnita:
ſed nō admixta. Qui igit vult laboꝛē pe
ſionē p̄tne obediētie.Pater eniʒ ſibi cō/
miſit:vt humanū genus ſua paſſiōe re/
dimeret. Ut igit patri oſtēderet q̄ opus
ſibi iniūctū ꝯſumauerat cicatrices reti/
nuit.Joā.xvij.Opus ꝯſumaui qd̄ dedi/
ſti mihi vt facerē.¶ Scd̄o ī ꝓuocatōeʒ
p̄tne miſericordie:vt.ſ.his patri oſtēſis
eū ad miſericordiā ꝓuocet nobis bn̄fa/
ciat:⁊ miſericordiā ſuā nobis īpendat.
Hebreo.ix.Intrauit ieſus in ip̄m celū vt
appeat nūc vultui dei ꝓ nobis.i. Jo.ij.
Aduocatuʒ habemus apud patrem ie/
ſum xp̄m iuſtū:⁊ ipſe eſt ꝓpiciatio ꝓ pec
catis noſtris.¶ Tertio in ſignuʒ noſtre
ſecuritatis nobis acquiſite ne.ſ.decete/
ro hoſtes in via timeamus. Sicut enim
hoſtes timent ⁊ fugiūt quādo vidēt ve/
xilla alicuius regis:ſic demones timent
⁊ fugiunt qñ vident crucis ſignaculuʒ.
Yſa.xiij.Sup montē caliginoſum.ſ.dia
bolum.leuare ſignum.

¶ Eadem feria ſecūda poſt paſcha Ser
mo ſecundus. 96

Surrexit dn̄s vere ⁊ ap/
paruit ſymoni.
Ubi vel quādo domin⁹ ſymo/
ni apparuit non determinat.
Quidā tm̄ dicūt q: quādo ipſe cū ioāne
ad monumentū cucurrit:vt habet Joā.
xx. Tunc xp̄s cum a monumento redi/
ret ſibi in via apparuit. In hyſtoria ta/
men ſcholaſtica dicit q: quando petrus
xp̄ʒ negauit p̄e nimio dolore ⁊ triſtitia
fugit in quādā foueā que gallicātus di/
citur:⁊ ibi p̄ tres dies in lachrymis fuit.

Et poteſt eſſe ꝙ ibidē xp̄s ſibi apparuit.
Quicquid autē ſit de tēpoꝛe vel loco:cer
tuꝫ eſt ꝙ ſibi apparuit. Jdeo dicit̄:Sur
rexit dn̄s vere ⁊ appuit ſymoni. A Jn
quibus verbis oſtendit̄ ꝙ xp̄s ſurrexit:
potenter:veraciter ⁊ apparuit miſericoꝛ
diter. ❡ Potenter quidē ſurrexit cū di/
citur:dn̄s. Nam dn̄s eſt nomen poteſta/
tis. Eius autē reſurrectio eſt tante pote/
ſtatis ꝙ eſt cauſa efficiens noſtre reſur/
rectionis:que fit ī preſenti ⁊ que fiet in fu
turo. Reſurrectio noſtra que fit in p̄ſen/
ti eſt noſtra iuſtificatio. Et dicit̄ reſurre/
rectio pꝛima. Apoc.xx. Beatus qui ha/
bet partē in reſurrectōe pꝛima. Reſurre
ctio q̄ fiet in futuro eſt coꝛpoꝝ reſuſcita/
tio. Et dr̄ reſurrectio ſcd̄a. Ad ſcd̄am ne/
mo pōt reſurgere niſi pꝛius reſurrexerit
reſurrectōe p̄ma. Un̄ dr̄ Oſee.vi. Uiuifi
cabit nos poſt duos dies:⁊ ī die tertia ſu
ſcitabit nos. B Ad reſurrectionē q̄dē
p̄mā duos dies reqrunt̄.ſ.ablutio culpe
⁊ collatio gr̄e. Ad reſurrectionē vero ſe
cūdā tres dies reqrunt̄.ſ.ablutio culpe
⁊ collatio gratie conſumate:⁊ depoſitio
oīs miſerie. Reſurrectio igit̄ xp̄i tāte eſt
potētie ꝙ eſt cā effectiua vtriuſqꝫ reſur/
rectōis p̄me ⁊ ſcd̄e. Faciet eīꝫ in fine mū
di reſurrectionē ſcd̄aꝫ.ſ.coꝛpoꝝ noſtroꝝ
reſuſcitationē.i.Coꝛinth.xv. Qm̄ q̄dē p
hoīeꝫ moꝛs.ſ.per adā. ⁊ p hoīeꝫ reſurre/
ctio moꝛtuoꝝ.ſ.per xp̄ꝫ. Quotidie autē
facit reſurrectionē p̄mā:que eſt p iuſtifi/
cationē in qua pctōꝛ a culpa reſurgit ⁊
ad gratiā dei redit. Ro.iiij. Traditus eſt
ꝓpter delicta noſtra ⁊ reſurrexit pp iu/
ſtificationē noſtrā. Jſta autē reſurrectio
opoꝛtet ꝙ ſit integra:vt ſicut hō in ſcd̄a
reſurrectiōe reſurget cū toto coꝛpe:ſic ⁊
in p̄ma reſurrectiōe opoꝛtet ꝙ reſurgat
cū toto coꝛde:vt ſicut ī ſcd̄a reſurrectiōe
nihil deeſt ō veritate nature humane qđ
nō reſurgat ad gloꝛiā.ſic ⁊ in p̄ma reſur
rectiōe nihil ſit in coꝛde qđ nō reſurgat
ad pniāꝫ. C Jn coꝛde q̄dē q̄ttuoꝛ potē
tie ɔſiderant̄.ſ.itellectiua:memoꝛatiua:
affectiua:⁊ opatiua. Sūt igit̄ q̄dā q itel
lectiuā ſuā dant deo. memoꝛatiuā dant
pctō. affectiuā dant mūdo. opatiuā dāt
diabolo. Jn talib⁹ tres ptes ſūt moꝛtue.
quarta viuit. ⁊ iō integralr̄ nō reſurgūt.

Dant quidā ſuam intellectiuā deo:q2 in
ſpm credūt per fideꝫ. Tales ſunt demo/
nes. Jac.ij. Tu credis q2 vnus eſt deus:
⁊ bene facis. ⁊ demones credunt ⁊ ɔtre/
miſcūt. Memoꝛatiuā dant pctō de aliq/
bus imūditijs memoꝛādo ⁊ delectando.
Tales ſunt illi q dicebāt Numeri.xi. Jn
mentē nobis veniūt cucumeres ⁊ pepo/
nes: poꝛri ⁊ cepe ⁊ allea. Cucumeres ⁊
pepones frigidi ſūt. Poꝛri ⁊ cepe ſūt ca
loꝛis accēſiua: ⁊ hec oīa ſūt vilia. Eodē
modo pctā ſūt vilia ⁊ frigida: q2 ignem
amoꝛis dei extinguūt. Sunt incēſiua q2
malā ɔcupiſcentiā accēdūt. Sunt etiā vi
lia:q2 aīaꝫ vileꝫ faciūt. Hieremie.ij. q̄ vi
lis facta es nimis iterās vias tuas. Affe
ctiuā dant mūdo querētes diuitias:dili
gētes delitias ⁊ honoꝛes. cuꝫ tn̄ dicat̄ i.
Joā.ij. Nolite diligere mundū neqꝫ ea q
in mūdo ſunt. D Et ponit Joā. duas
cās quare mundū diligere nō debemus.
Una eſt:q2 amoꝛ mūdi non pōt ſtare cū
amoꝛe dei. Un̄ ſubdit:Si qs diligit mū
dū non eſt charitas dei in eo. Alia eſt:q2
amoꝛ mūdi breuis eſt ⁊ cito trāſit. iō ſub
dit:Et ɔcupiſcētia eius. Opatiuā ſuam
dant diabolo:q2 faciūt opa grata diabo
lo. Joā.viij. Uos facitis opa patris ve
ſtri. Que aūt ſūt opa:ſubdit. Jlle homi
cida erat ab initio. cū loquit̄ mēdaciū
ex ꝓprijs loquit̄. Dicit̄ ēt Sapientie.ij.
Jnuidia diaboli:moꝛs intrauit in oꝛbē
terraꝝ. Dicit̄ ēt Job.xli. Jpſe eſt rex ſup
oēs filios ſupbie. E Ex qb⁹ verbis ha
bet̄ ꝙ opa diaboli ſunt occidere:menda
cia dicere:inuidere ⁊ ſupbire. Ut igitur
hō itegralr̄ reſurgat: opoꝛtet ꝙ deo ſe
totū tribuat: vt.ſ. viuat in itellectiua in
deū veraciter credēdo. Uiuat in memo/
ratiua:xp̄i paſſionē ⁊ dei beneficia me
moꝛiter retinēdo. Uiuat ī affectiua ſu
per deū ſup oīa diligēdo. Uiuat in ope
tiua pietatis opa faciendo. ❡ Scd̄o xp̄s
reſurrexit veraciter cuꝫ dicit̄: Surrexit
dn̄s vere. Sic ⁊ pctōꝛ debet veraciter a
pctō ſurgere: ⁊ in gratia viuere. q2 aūt
hō veraciter viuat duo ſunt ſigna.ſ.ſen
ſus ⁊ motus. F ❡ Notādū eſt autē q
ſpūs ɔiungit̄ aliqn̄ q̄tum ad motū tm̄
ſicut qn̄ aliqs ſpūs aliqđ coꝛp⁹ aſſumit.
Aliqn̄ quātum ad ſenſum tm̄ ſicut dicit



Aug. ꝙ ſpūs mali ſunt ɔiūcti igni infer
nali nō dātes igni motū ſꝫ recipiētes ab
illo igne ſenſuꝫ. nullū eniꝫ illoꝝ coꝛpoꝝ
eſt viuū. Aliqn̄ ɔiūgit̄ ſpūs coꝛpoꝛi q̄tū
ad ſenſuꝫ ⁊ motū. ſicut aīa rōnalis cōiū
git̄ coꝛpi oꝛganico:⁊ illō coꝛpus ē viuū.
Eſt tn̄ quoddā coꝛpus qđ nō hꝫ ſenſum
neqꝫ motū. ſicut lapis q nec ſētit nec mo
uet̄ p ſe. Si qs igit̄ vult ſcire ſi veraciter
a peccato reſurrexit ⁊ ſi veraciter viuit:
videat ſi habeat ſenſum vel motū. Sūt
eniꝫ q̄dā qui habēt ſenſum tantū.i. fidē
per quā de deo recte ſentiūt. ſed nō hn̄t
motū:q2 ad bona opa nō mouent̄. ſicut
mali xp̄iani. Jſti nō ſunt viui ſꝫ moꝛtui.
Q2 ſicut dr̄ Ja.ij. Fides ſine opib⁹ moꝛ/
tua ē ⁊c̄. Alij ſūt qui nō hn̄t ſenſuꝫ:q2 de
deo veraciter n̄ ſentiūt. Uident̄ tn̄ hēre
motū:q2 vident̄ facē aliq̄ opa de genere
bonoꝝ:ſicut heretici. Jſti ſilr̄ ſūt moꝛtui
ſꝫ aliqbus videant̄ viui. Apoc.iij. Scio
opa tua:q2 nomē hēs ꝙ viuas ⁊ moꝛtu⁹
es. Alij ſunt q habent ſenſuꝫ fidei recte
⁊ motū opatōis bone:ſicut boni xp̄iani.
Jſti veraciter ſurrexerūt ⁊ viuūt ſeruā/
tes illud qđ dr̄ Titū.ij. Sobꝛie ⁊ pie ⁊ iu
ſte viuam⁹ i hoc ſeculo. Jſti viuūt ſobꝛie
q̄tū ad ſeipſos. Pie q̄tū ad deū. Et iuſte
q̄tū ad ꝓximū. Alij ſūt peſſimi ⁊ īdura/
ti q nec de deo:nec de futura vita fidem
hn̄t:nec p bona opa ſe exercēt. Tales ſūt
ſiles ſtatuis ⁊ lapidibus q nec hn̄t ſenſū
nec motum. P̄s.cxiij. ⁊.cxxxiiij. Simula/
cra gentiū argētū ⁊ auꝝ:opa manuū ho
minū. Jdē. Os habent ⁊ nō loquent̄. G
❡ Tertio xp̄s appuit miſericoꝛditer: q2
appuit ſymoni. Petrus q̄dē ex eo q xp̄ꝫ
negauerat:in multa tribulatōe erat ⁊ fle
re non ceſſabat. Magna ergo miſericoꝛ/
dia ⁊ pietas xp̄i fuit: q2 diſcipulū negan
tē ⁊ tribulatū nō deſpexit:ſed ſpāliter ſi
bi appuit ⁊ eū benigne ɔſolatus fuit. Fe
cit xp̄s ɔtra humanā ɔſuetudinē. Hoīes
eīm tria mala īducere ɔſueuerāt. ❡ Pꝛi
mo obliuionē. Un̄ dr̄ Gen̄.xl. ꝙ pincer/
na pharaonis ſuccedētibus ꝓſperis ob
litus eſt iterp̄tis ſui. ❡ Scd̄o īducūt ela/
tionē. Gre. Pleruqꝫ ſi ad regiminis cul/
men qs eruperit in elationē ꝓtinus cō/
mutat̄. Sicut ſaul q indignū pꝛius ſe cō
ſiderās fugerat:moꝝ vt regni guberna/
cula ſuſcepit: intumuit. Un̄ ēt vulgari/
ter dr̄ ꝙ honoꝛes mutant moꝛes. ❡ Ter/
tio inducūt incōpaſſioneꝫ: q2 magnates
p̄ncipes paꝝ ad paupes ſunt ɔpatiētes.
Un̄ Amos.vi. Optimates capita popu/
loꝝ ingredientes pōpatice domū dn̄i:⁊
nihil ɔpatiebant̄ ſup ɔtritiōe domus io
ſeph. Xp̄s vero poſt reſurrectionē ſuam
ſic exaltatus fuit ꝙ celi ⁊ terre poteſtatē
accepit. Matthei vlti. Data ē mihi oīs
poteſtas in celo ⁊ ī terra. Et tn̄ tāta eius
exaltatio nō induxit ip̄m in aliquā obli
uionē. Non ēt paupeꝝ ſuoꝝ habuit ob/
liuionē:ſed benignaꝫ recoꝛdationē: ⁊ iō
benigne viſitauit. H Deus eniꝫ ſuoꝛuꝫ
fidelium obliuiſci nō pōt tribus de cau/
ſis q̄ ponunt̄ Yſa.xli. ❡ Pꝛima ē ꝓpter
maternū affectū. Un̄ dr̄: Nunqd obliui/
ſci pōt mulier īfantē ſuū vt nō miſereat̄
filio vteri ſui. ⁊ ſi illa oblita fuit: ego tn̄
nō obliuiſcar tui. ❡ Scd̄o ꝓpter memo
riale ꝑpetuū. Un̄ ſubdit̄: Ecce in mani/
bus meis deſcripſi te. ❡ Tertio pp ſolli
citationē aſſiduā. Angeli eniꝫ q ſūt dati
nobis in muꝝ ɔtra hoſtes. ſemꝑ p nobis
deū ſollicitāt. Un̄ ſubdit̄: Muri tui coꝛā
oculis meis ſemꝑ. ❡ Scd̄o non induxit
in eū aliquā elationē ſed ſolitā ſeruauit
humilitatē. Un̄ dixit magdalene Joan.
xx. Uade ad frēs meos ⁊ dic eis. Aſcen/
do ad patrē meū ⁊ patrē veſtrum ⁊c̄. Jn
hoc ꝙ pue mulieri tā familiariter loqui
voluit ⁊ ipſaꝫ nūciā deſtinauit: notatur
magna hūilitas. Jn hoc ꝙ eos frēs vo/
cat:notat̄ magna eq̄litas. Jn hoc ꝙ di/
xit: Ad patrē meuꝫ ⁊ patrē veſtrū:notat̄
magna cōitas. Xp̄s igit̄ ſic exaltat⁹ nul/
lā habuit elationē:q2 tātā habuit humi/
litatē:equalitatē ⁊ cōitatē. ❡ Tertio nō
induxit in eo aliquā incōpaſſionē:ſꝫ po
tius magnā ſeruauit ɔpaſſionem oībus
diſcipulis apparēdo: Specialiter petro
magnā oſtēdit ɔpaſſionē: q2 magnā ha/
bebat tribulationē. Jntantū enim de ne
gatiōe doluit: ꝙ tota vita ſua in lachry/
mis fuit. Un̄ dicit Clemēs ꝙ intātū fle/
bat ꝙ tota facies ſua ex lachrymis vide
bat̄ aduſta. Un̄ ēt ſudariū in ſinu habe/
bat quo fluētes lachrymas detergebat.
Jnſup qn̄ aliquē gallū cantantē audie/
bat:lachrymas continere non poterat.

Quia igiꝰ ſic tribulatus erat: ideo chri-
ſtus ſibi ſpecialiter apparuit: ⁊ eum be-
nigne conſolatus fuit. 97

¶ Feria.iiij.poſt paſcha Sermo p̄mus.

STetit ieſus in medio diſci-
pulorum ſuorū ⁊ di-
xit: Pax vobis. Lu.vltio. A
Dñs noſter inter ſuos diſcipu-
los tria ſpecialiter habuit in vſu.ſ.i me-
dio eorum ſtare: pacē eis ſemꝑ offerre. ⁊
ſi aliquādo turbabanꝰ eos ſtatim recon-
ciliare. Iſta tria in pꝛeſenti euāgelio de-
nominātur. ¶ Primo eniʒ in medio di-
ſcipuloꝝ ſtetit. Ipſe qdem ſemꝑ mediuʒ
dilexit. Nā in natiuitate ſtetit in medio
duoꝝum animaliū. In moꝛte ſtetit in me-
dio duoꝝum latronū. Poſt reſurrectio-
nē ſtetit in medio diſcipuloꝝ: ſicut diciꝰ
hic. Per hoc nos iſtruit ꝙ in oībus ope-
ribus noſtris debemus tenere mediuʒ ⁊
fugē extrema. Aliter enim ipſa opa non
eſſent virtuoſa: qꝛ omnes virtutes ſūt in
medio. B Et ponamus exēpla in vir-
tutibus cardinalibꝰ ⁊ theologicis. Pꝛu-
dentiam quidē circūſtant duo extrema.
vnū per modum exceſſus.ſ.nimia curio-
ſitas. Aliud per modū defectus.ſ.fatui-
tas. Pꝛudentia vero tenet mediū: nō de-
clinās ad extremū curioſitatis vel fatui-
tatis. Juſtitiam circūſtāt duo extrema.
Unū per modū exceſſus.ſ.nimia ſeueri-
tas. Aliud per modū defectus.ſ.nimia
lenitas. Juſtitia vero tenet mediū: non
declinās ad extremū ſeueritatis nec ni-
mie lenitatis. Tēperantiā circūſtāt duo
extrema. Unū ꝑ modū exceſſus.ſ.guloſi-
tas. Aliud ꝑ modū defectus.ſ.nimia ex-
tenuatio. Tēperātia vero tenet mediuʒ
nō declinās ad extremū guloſitatis: nec
nimie extenuitatis. Foꝛtitudineʒ circū-
ſtāt duo vitia. Unuʒ ꝑ modū exceſſus.ſ.
crudelitas. Aliud ꝑ moduʒ defectus.ſ.
puſillanimitas. Foꝛtitudo vero ſtat i me-
dio non declinās ad extremū crudelita-
tis vel puſillanimitatis. Siľr fidē circū-
ſtāt duo extrema. Unū ꝑ modū exceſſus
ſcʒ nimia leuitas. qñ.ſ.hō nimis eſt faci-
lis ⁊ leuis ad credēdū oīa q̄ audit. Aliō
ꝑ modū defectus.ſ.nimia tarditas. Fi-
des aūt tenet mediū: qꝛ credit credēda:
⁊ ideo nō declinat ad extremū leuitatis
nec tarditatis. Similiter ſpem circūſtāt
duo vitia. Unū ꝑ modū exceſſus: ſcilʒ ni-
mia pꝛeſumptio. Aliud ꝑ modum defe-
ctus ſcʒ deſperatio. Spes aūt tenet me-
diū: qꝛ ſperat ſperāda ⁊ nō ſperat nō
ſperāda. ⁊ nō declinat ad extremū pꝛeſum-
ptōis nec deſperatōis. Charitas aūt nō
hʒ aliqḋ extremū per modū exceſſus: qꝛ
nullus poſſet diligere deū nimis: ſꝫ xp̄s
in medio ſtabat vt iſtrueret ꝙ ſemꝑ i no-
ſtris opibus mediū teneamꝰ. C ¶ Se-
cūdo xp̄s pacē diſcipulis obtulit dicēs
pax vobis. dicit aūt Joānes ꝙ i iſta ap-
paritōe ⁊ in alia quā fecit in octauo die
xp̄s ter dixit eis: pax vobis. Ad notādū
ꝙ hō dʒ habere pacē in coꝛde: in oꝛe ⁊ in
opere. ¶ Pax coꝛdis eſt qes ⁊ trāqllitas
mētis cū deo. de qua dꝛ Jo.xvij. In mū-
do pꝛeſſurā habebitis: in me aūt pacem.
Sed notādū ꝙ quidaʒ ſunt qui habenꝰ
pacē ⁊ quietē cū deo in mēte ⁊ nō coꝛpo-
re: vt ſerui dei qui iugū xp̄i accipiūt car-
nē ſuā moꝛtificādo. ſed tñ in deo qeſcūt
mentē ſuaʒ a malis fantaſmatibus con-
ſeruādo. De talibus dꝛ Mat.xi. Tollite
iugū meū ſuꝑ vos: ⁊ inue.re.a.veſt. Iſtō
aūt ſabbatum eſt illud de quo dꝛ Leuit.
xvi. Sabbatū reqetionis eſt. ⁊ affligetis
aīas veſtras religiōe ꝑpetua. Alij ſunt q
hñt pacē ⁊ qeteʒ in coꝛpoꝛe ſed nō mēte
ſicut pctōꝛes. de quibus dꝛ Hiere.xlviij.
Reqeuit i fecibus ſuis. Luc.xi. Aīa mea
habes multa bona requi.⁊c̄. ſed nō poſ-
ſunt qeſcere in mēte. qꝛ ſicut dꝛ Yſa.lvij.
Coꝛ ipīj quaſi mare feruens qḋ qeſcere
non pōt. Iſtam talē requiē demones de-
rident. Thꝛen.i. Viderūt eam hoſtes ⁊
deriſerunt ſabbata eius. ¶ Alij ſunt qui
habēt pacem ⁊ quietē mente ⁊ coꝛpoꝛe ſi-
cut beati. Yſa.xxxij. Sedebit populus
meus in pulchꝛitudine pacis ⁊ in taber-
naculis fiducie ⁊ in rege opulēta. Iſtud
eſt ſabbatū requiei. de quo diciꝰ Yſa.vl.
Erit ſabbatū ex ſabbato ⁊ ex requie mē-
tis peruenit ad regeʒ eternitatis. ¶ Alij
ſunt q non habēt pacem: nec qetem nec
coꝛpoꝛe: nec mēte. ſicut dānati. de qbus
dꝛ Yſa.xvi. Seruietis dijs alienis q non
dabunt vobis requiē die ac nocte. ¶ Se-
cūdo debemus habere pacē i oꝛe vt ſem-
per verba pacifica habemus. Pꝛouerb.



xxij. Qui aūt pacis ineunꝰ ꝯſilia ſequeꝰ
eos gaudiū. ex hoc eniʒ cognoſciꝰ ꝙ ho-
mo ſit ciuis celeſtis qñ.ſ.loquitur verba
celi. D Deus eniʒ tres ꝓuincias fecit. ⁊
in q̄libet iſtaꝝ ꝓpꝛiū liguagiū poſuit.ſ.
ꝓuinciā celeſtē: terreſtrē ⁊ iſernalē. Lin-
guagiuʒ ꝓuīcie celeſtis eſt verba pacis ⁊
edificatōis hēre hoc ē deū bñdicē ⁊ lau-
dare. pſ.lxxxiij. Beati q habitāt i domo
tua dñe i ſecula ſcloꝝ lau.te. Liguagiuʒ
ꝓuīcie terreſtris ē de terrenis tractare.
Joā.iij. Qui de terra ē de terra loqꝰ. Li-
guagiū ꝓuīcie iſernalis ē deū maledicē
⁊ blaſphemare. Vñ dꝛ de dānatis Yſa.
viij. Cū eſurierit iraſceꝰ ⁊ maledicet re-
gi ſuo. Cognoſciꝰ igiꝰ qs de qua ꝓuīcia
ſit ad loquelā ſuā. Vñ dictū fuit Petro
de qua eſſet ꝓuīcia. Mat.xxvi. Galileus
es. naʒ ⁊ loquela tua manifeſtū te facit.
Qui igiꝰ loqtur verba pacis ⁊ edifica-
tiōis ⁊ laudis dei. ſignū ē ꝙ ille ſpectat
ad ꝓuīciā celi. Vñ dicebat dñs q habe-
bat linguagiū celi Joā.viij. Quare loq-
lā meā nō cognoſcitis? Qui loquiꝰ ver-
ba terrena ⁊ mūdana: ſignū ē ꝙ ſpectat
ad ꝓuinciā mūdi.i.Joā.iiij. Ipſi de mū-
do ſunt. ideo de mūdo loquunꝰ ⁊ mun-
dus eos audit. Qui loquiꝰ verba mēda-
cij maledictōis ⁊ detractōis: ſignum eſt
ꝙ ꝑtinet ad ꝓuinciā inferni: qꝛ illud eſt
ꝓpꝛiuʒ linguagiū diaboli. Joānis.viij.
Qui loquiꝰ mendaciū ex ꝓpꝛijs loquiꝰ:
qꝛ mendax eſt ⁊ pater eius. E ¶ Ter-
tio debemus habere pacē in opibus no-
ſtris vt.ſ.cū oībus hoībus pacem habea-
mus. Romanoꝝ.vij. Si fieri poteſt qḋ ex
vobis eſt cum oībus hoībus pacē haben-
tes. Iſta eniʒ pax ad tria videꝰ eē bona.
¶ Primo ex hoc multiplicanꝰ bona tē-
poꝛalia. Hiero. Concoꝛdia parue res cre-
ſcunt. diſcoꝛdia vero maxime dilabunꝰ.
¶ Scḋo per pacē acqrunꝰ bona ſpūalia
⁊ illud dicit Chꝛyſ. ſuꝑ Joā. ꝙ ſi decem
hoīes vnanimes habitauerint. vnus eſt
in.x.⁊.x.in vno. vnuſqſqꝫ eoꝝ decē aīas
hʒ. viginti manus habet. viginti oculos
⁊ viginti pedes. Dicunꝰ aūt decem aīas
habere qꝛ cōīcant ſibi ſua deſideria ⁊ ſu-
as oꝛōnes. dicunꝰ hēre vigiti oculos: qꝛ
cōīcant ſibi ſua ꝯſilia ⁊ ſuas ꝓuiſiones.
dicunꝰ hēre viginti manus: qꝛ cōīcanꝰ
ſibi ſua opera ⁊ ſuas defenſiones. dicū-
tur hēre viginti pedes: qꝛ cōīcāt ſibi ſua
onera ⁊ ſuas ſuppoꝛtatōes. ¶ Tertio ex
pace acqrunꝰ celeſtia. Deus enim in ſuo
teſtamēto pacē nobis dimiſit. Joā.xiiij.
Pacē relinquo vobis. pacē meaʒ do vo-
bis. Qui igiꝰ teſtamētū patris nō ſerua-
bit: hereditatē celeſtem non poſſidebit.
Soli eniʒ pacifici ſunt filij dei. Mat.v.
Beati pacifici: qꝛ filij dei vocabunꝰ. ſoli
autē filij dei ſunt heredes dei. Roꝰ.viij.
Si aūt filij ⁊ heredes. F ¶ Tertio xp̄s
diſcipulos cōturbatos confoꝛtauit. ipſi
enim remāſerant poſt paſſionē ſuam in
multo meroꝛe: ⁊ multo timoꝛe: ⁊ multo
erroꝛe: ſed xp̄s reſurgens ⁊ eis apparēs:
meſtos letificauit. G Vñ dꝛ. adhuc au-
teʒ illis nō credētibus ⁊ mirātibus pꝛe
gaudio: timidos ꝯfoꝛtauit. H Quidā
enim inter eos erāt qui credebāt ipm eē
ſpm. ſed illis dixit: palpate ⁊ videte: qꝛ
ſpūs carnem ⁊ oſſa nō habet ſicut me vi-
detis habere. Alij credebāt aſſumpſiſſe
coꝛpus ſuū ſed nō veraciter ſed fantaſti-
ce ſuſcitatum. ideo dixit: habetis hic ali-
quid qḋ māduceꝰ. fantaſtice eniʒ reſuſci-
tati comedere nō pñt. Alij credebāt ipʒ
aſſūpſiſſe coꝛpus alienū ⁊ nō coꝛpus ꝓ-
pꝛiū qḋ in cruce fuit ꝯfixū. iſtis dixit: Vi-
dete manus meas ⁊ pedes meos: qꝛ ego
ipſe ſum. In hoc autē ꝙ xp̄s cicatrices
vulneꝝ ſuoꝝ oſtēdere voluit: dat nobis
exēplū ꝙ vulnera coꝛdiū noſtroꝝ nō de-
bemus abſcōdere: ſed ea ſananda mani-
feſtare. I ¶ Sed notādum ꝙ vulnera
ſunt aliquādo recētia: aliqñ inueterata:
aliqñ putrida effecta. recētia curantur
vnctiōe ſiue lenis emplaſtri appoſitiōe.
inueterata ſanātur aduſtiōe. putrida in-
ciſione. ¶ Tūc igitur vulnera peccatoꝝ
noſtroꝝ ſūt recētia qñ adhuc ſūt in vo-
lūtate ſiue in recēti ope. Tūc ſanari pñt
vnguēto vel emplaſtro.i.lenis pñiere-
medio. Ecc.x. Lāguoꝛ pꝛolixioꝛ grauat
medicū. breuē lāguoꝛē pꝛecidit medicus.
Eiuſdē.xxxviij. Unguētarius faciet pig-
mēta ſuauitatis. ⁊ vnctiones ꝯficiet ſa-
nitatis. ¶ Tūc vero iueterata ſunt qñ in
lōgam ꝯſuetudinē ſūt deducta. in quoꝝ
perſona dicit ꝓpheta. Inueteraui inter
omnes inimicos meos. Et tunc ſanātur

aduſtione.i.aduſtiua ⁊ pũgitiua carnis maceratõe. Iſtã aduſtionẽ petebat ꝓpheta dicẽs. Ure renes meos ⁊ cor meũ. Tũc ṽo ſunt putrida qñ hõ tãdiu ſtat in peccatis ꝙ fetet corã deo ⁊ hoĩb⁹. Johel.i. Cõputruerũt iumẽta in ſtercore ſuo. In pſona taliũ dicit ꝓpha. Putruerũt ⁊ corrup.ſunt cica.mee a fa.inſipi.mee. Talia vulnera ſanant̃ inciſiõe.i.inciſiua a deo imiſſa tribulatõe. Tũc enim ſepe carnes putride auferunt̃ ⁊ ipi tribulatõibus ꝓuocati ad deũ celeriter ꝯuertunt̃.ps.xv. Multiplicate ſunt infirmitates coꝝ poſtea accelerauerũt.

¶ Eadẽ tertia feria poſt paſcha. Sermo ſcd̃s. 98

Stetit ieſus in medio diſcipulorum ſuoꝝ ⁊ dixit eis pax vobis ego ſum nolite timẽ. Luc.vlti. Iſta eadẽ appitio plenĩ⁹ ponit̃ Jo.xx. vbi dĩ: cũ eẽt ſero die illo vna ſabbatoꝝ vẽit ieſus ⁊ ſtetit in medio ⁊ dixit pax vobis. A Circa hãc appitiõez ſciẽdũ ẽ ꝙ poſt xpi paſſiõez diſcipuli ñ credebãt nec ſpabãt cũ apli⁹ reſurrecturũ. Uñ xp̃s in iſta apparitõe p oẽs qnq₃ ſenſus corpis ſuã reſurrectionẽ eis oñdit. ¶ Prio p viſum. cũ dixit: videte man⁹ meas ⁊ pedes meos q: egoipſe ſu₃. ⁊ ioãnes addit ꝙ oſtẽdit eis lat⁹. B Nõ ſine cã aũt dñs voluit recipe in his trib⁹ locis vulnera q̃ in hac appitõe eis oñdit.ſ.in latẽ iuxta cor In manib⁹ ⁊ pedib⁹. ſiqs ei₃ ẽ frigidus i amãdo videat lat⁹ xp̃i iuxta cor pforatũ ⁊ inflãmabit̃ ad amorẽ. Uñ ſpõſus alloqt̃ ſpõſam dicẽs: Pone me vt ſignaculũ ſuper cor tuũ. vt ſignaculũ ſup brachium tuũ: q: fortis ẽ ſicͭ mors dilectio. Siqs ẽ tepidus in opando videat ei⁹ manus pforatas ⁊ incitabit̃ ad laborẽ. Yſa. xlix. Ecce i maĩb⁹ meis dſcripſi te. Mltũ xp̃s manib⁹ laborauit qñ i cruce eas extẽdit. Prouer.i. Extẽdi man⁹ meas ⁊ nõ fuit q aſpicẽt. Si qs ẽ infirm⁹ i aduerſa ſuſtinẽdo. videat ei⁹ pedes pforatos ⁊ aiabit̃ ad ſupportãdũ. ei⁹ ei₃ pedes fuerũt pforati ⁊ ſanguie tincti.ps.lxvij. Intingat̃ pes tu⁹ i ſanguine. Pedes eni₃ ſui totũ corp⁹ ſuſtẽtauerũt ⁊ ide dolorẽ maxiu₃ ſuſtinuit. ſuſtineam⁹ ⁊ nos exemplo xp̃i aduerſa. Hebre.xij. Recogitate eũ qtalẽ aduerſus ſemetipm ſuſtinuit a pctorib⁹ ꝯtradictione: vt nõ fatigemini aĩs vr̃is deficiẽtes. C ¶ Scd̃o manifeſtauit ſuã reſurrectionẽ p auditũ: cũ dixit: Pax vobis. Audiẽtes ei₃ diſcipuli vocẽ dñi eius ad loqlã cognouerũt. Maxime q: hebat modũ talẽ.ſ. pax vobis. p qd̃ dat̃ itelligi nobis exẽplu₃ vt verba pacis ſemp habeamus. S₃ de multis dr̃ Eccl̃aſtici.xxviij. Lingua tertia multos cõmouit ⁊ diſperſit illos de gẽte in gẽtẽ. Cõtingit aũt qñ magnũ mõſtrũ.ſ. ꝙ vn⁹ hõ hab₃ tres linguas. ¶ Una ẽ lingua adulatõis: q blãdit̃ in facie. ¶ Alia ẽ detractõis: que mordet i abſẽtia. ¶ Tertia ẽ diſſenſiõis: q ſemiat iurgia. Oẽs iſte lingue abſcidẽde ſunt. ¶ Pria: q: decipĩt. yſa.iij. Popule me⁹ q beatum te dicũt: ipĩ te decipiunt. ¶ Scd̃a: q: ĩfamat. Jõ nõ d₃ aliqs morari neq₃ aſſiduus eẽ cũ talib⁹. Uñ de coq cũ talib⁹ conuerſat̃ aſſidue dr̃. Eccle.xiiij. Ne forte aſſiduitate tua ĩfamat⁹ ipõ piũ patiaris ⁊ maluiſſes ñ naſci. ¶ Tertia: q: ꝯturbat. Eccs.vij. Calũnia ꝯturbat ſapiẽtẽ. imo talis lingua valde abõdit̃. Prouer.vi. Sex ſunt q̃ odit dñs ⁊ ſeptimũ deteſtat̃ aĩa eius. Iſtud aũt ſeptimũ: ẽ ille qui ſemiat inter frẽs diſcordiã. D ¶ Tertio manifeſtauit ſua₃ reſurrectionẽ p olfatũ: p hoc qd̃ dicit Joãnes inſufflauit ⁊ dixit eis. Accipite ſpiritũ ſctu₃. Eius ẽt flatus erat valde odoriferus: q: ab illius pectore pcedebat q̃ apotheca oĩu₃ cariſmatũ erat. In xp̃o q̃dẽ fuit myrrha.i.caro mortificata. fuit thus.i.aĩa deuotiſſima. fuit balſamũ.i. deitas pcioſiſſima. Ille igit̃ flatus hẽbat odorẽ myrre iquãtum pcedebat a carne mortificata. Hẽbat odorẽ thuris inquãtum pcedebat ab aĩa deuota. Hẽbat odorẽ balſami inquãtũ pcedebat a deitate pcioſa. E ¶ Quarto manifeſtauit ſua₃ reſurrectõez p guſtũ: q: obtulerũt ei partez piſcis aſſi ⁊ fauũ mellis. In fauo ẽ cera ⁊ mel. Per piſcẽ aſſu₃ itelligit̃ ei⁹ caro i cruce aſſata. Per mel eius diuĩtas dulciſſima. Per cerã eius aĩa lumie ſapientie plena. Illi igit̃ comedũt piſcẽ aſſum q delectant̃ circa eius paſſionẽ. Illi comedũt mel: q delectant̃ in eius deitate.



Illi comedũt mel cũ cera: qui delectant̃ in deitate bt̃a ⁊ in aĩa grã plena ⁊ veritate. F Quito manifeſtauit reſurrectõez ſuã p tactũ. Uñ dixit. Palpate ⁊ videte q: ſpũs carnẽ ⁊ oſſa nõ h₃ ſicut me videtis habere. Et ioãnes dicit ꝙ pbuit palpãda ſua vulnera cũ dixit. Thome. Infer digitũ tuũ huc: ⁊ vide manus meas ⁊c̃. Chriſt⁹ ei₃ ſeruat cicatrices vulnerũ ſuoꝝ: ⁊ rõe ſui ⁊ rõe nr̃i. Rõe ſui: vt ſecu₃ ſemp deferat inſignia ſue glorioſe victorie. Uñ dicit Beda ſup lucã. Miles i pͥlio fortiter agẽs ⁊ victoriã obtinẽs multis vulneribus ꝯfoſſus ẽ. Dicit ei medicus. Uis ſanari ſine oĩ cicatrice: ſine oĩ deformitate. puto ꝙ i ſignũ victorie ſue cicatrices ſeruaret. Ille enim cicatrices ſunt i xp̃o nõ in deformitatẽ: ſ₃ i magnã pulchrytudinẽ. Uñ dicit Chry. ꝙ cicatrices in xp̃o ſunt radio ſolis lucidiores. Sicut ei₃ honorẽ militi de pͥlio reuertenti deferre ſcutũ fractũ ſic honor ẽ xp̃o deferre ſecũ ſue victorie glorioſu₃ triũphũ. Uñ dicit ſup Luc. Nõ ex imporẽtia curãdi cicatrices ſeruauit: ſ₃ vt ppetuũ victorie ſue circũferat triũphũ. Scd̃o ſeruat cicatrices vulnerũ rõe nr̃i: vt.ſ. eas p nobis pr̃i repñtet ⁊ ip̃₃ nobis recõciliet. G Cicatricũ ei₃ repñtatio ẽ quedã p nobis apud prẽ₃ interceſſio. Sicut miles tacẽs ab imperatore ipetrat qñ vulnera que p ipõ recepit ſibi demõſtrat ¶ Unde legit̃ in hiſtoria ſcolaſtica in caplõ illo qd̃ incipit poſt hoc factũ ẽ. ⁊ in ſequenti. ꝙ antipater idumeus pr̃ magni herodis in quodã pͥlio i ſeruitio impatoris vulnera multa ſuſcepit. q tãdẽ ab emulis accuſatus ⁊ ab impatore citatus: reiectis veſtibus dixit. Ego ceſar nolo me excuſare apud te ſi ego diligo te: ſ₃ iſta vulnera q̃ recepi p te loquant̃ p me. Tũc impator placatus in grã₃ ſua₃ ipm recepit. Sic ⁊ xp̃s vulnera pr̃i oñdit vt inſinuet quãtũ nos dilexit: ⁊ q̃ care nos emit vt ſic ad miſericordiã prẽ₃ inducat. Uñ beat⁹ anſelmus aſſumẽs illũ verſu₃. Reſpice i faciem xp̃i tui dicit. ac ſi dicat ꝓpheta. Si nõ vis pr̃ reſpicẽ in nos: reſpice in filiu₃ tuũ qui tã care emit nõs. Ber. Securum habemus acceſſu₃ ad prẽm. vbi mr̃ ante filiũ. fili⁹ ante prẽm. mr̃ oñdit filio pect⁹ ⁊ vbera. fili⁹ oñdit pr̃i latus ⁊ vulnera. Nulla ergo poterit eẽ repulſa: vbi tot occurrũt charitatis inſignia. Ex his igit̃ p₃ ꝙ xp̃s p oẽs corporis ſenſus manifeſtauit ſuã reſurrectionẽ. Ipſe eĩm filius dei reſurgẽs a mortuis iam nõ moritur mors illi vltra nõ dñabit̃. idẽ faciat nos reſurgẽ a peccato. Faciat mori ſine peccato. Faciat vt vltra nõ dñet̃ nobis peccatũ. vt ſic a peccato reſuſcitati: peccato mortui: a pctõ liberi. De iſta pria reſurrectione a culpa: puenire mereamur ad ſcd̃a₃ reſurrectionẽ in glia₃. Ad quã meritis glorioſe virgĩs ⁊ pcibus mr̃is ſue ⁊ bt̃i dñici pr̃is nr̃i ipe filius dei nos perducat. Qui cũ pr̃e ⁊ ſpũ ſctõ per infinita ſecula regnat. Amen.

Dulcia meliſfluo manãtia dogmata fõte
Effundit noſtri ſacra vorago libri.
Uirtutis riuos plene guſtauerit oẽs:
Os quiſquis nr̃is fluctibus imbuerit
Reſpiciet ſiquidem ſermones toti⁹ anni
Aurea qui vite dant documẽta bone.
Grande ſophos merito factori dicet abũde
Ingenium ſiquis pferret eloquio.
Nam quicũq₃ ſacri nitidiſſima flumina verbi.
Eloquij fuco turbat: ineptus homo eſt.

¶ Finis Sermonu₃ Quadrageſimaliũ Eximij Doctoris fratris Jacobi de Uoragine ordinis predicatorum: quonda₃ Archiepiſcopi Januenſis.

Incipit ſermo ꝺ paſſiōe dn̄i nr̄i ieſu xp̄i.

Quo abijt dilectus tu⁹ o pul
chерrima mulieru꞉. Cañ.
vi. In oī tpe virtuoſo ⁊
maxime ſcte ꝑdicatōis q̄
ē opus diuinū angelicu꞉
⁊ apoſtolicū iploꝛāda ē gr̄a ſpūs ſancti
ſine qua nullū rite fundat̃ exoꝛdiu꞉. Et
qꝛ huiuſmodi gr̄e teſte angelo beata vir
go ē inuentrix. Inueniſti īnqt gr̄a꞉ apō
deū. Lu. i. Cōſuetū ē in alijs ſermonib⁹
ad ipam virginem glioſam recurrere ꝓ
gr̄a impetrāda. qꝛ vero ipa hodie ē val
de afflicta ⁊ mirabilr̃ deſolata ꝑpt do
loꝛes: deriſiones: exꝓbratiōes: alapas:
ſputa: ſpinaꝝ pūctiones: dura verba: du
rioꝛa verbera: ⁊ hoꝛrēda mortis ſuppli
cia: que hodie vnicus filius ſuus a iude
is ſuſtinuit. Iō nō ꝯſueuit eccleſia eā ho
die angelica ſalutatiōe implorare. ⁊ me
rito. ſi enim diceremus ei dē: Aue gratia
plena. Reſpondere poſſet. Uerum eſt: qꝛ
fui triplici gr̄a plena. ſ. coꝛpali que ē glo
ria mee virginitatis in carne mea. ſpūa
li. ſ. abūdantia virtutū ⁊ donoꝝ ſpirit⁹
ſancti in mente mea. ſingulari. ſ. pñtia
diuinitatis. ix. menſiū ſpatio in ventre
meo. Sed iam omni gratia ſum vacua
ta per moꝛtē filij mei dulciſſimi qui mi
hi erat amoꝛ vnic⁹. vita anime mee. gau
dium ſingulare ⁊ omniū diuitiaꝝ deſi
derabiliū theſaurus. Si vero dixerim⁹
eidem dn̄s tecū reſpondere poterit. veꝝ
eſt ꝙ deus pater mecum erat: qꝛ ego ſpō
ſa eius vnicum habens ſecum filium: cu
ius ipe ē pater eternus. ego vero mater
electa. mecum dn̄s filius qui de mea ſub
ſtantia coꝛpus ſue humanitatis aſſūpſit
mecū ſpiritus ſanctus qui ⁊ aiam ⁊ coꝛ
pus meū intantū ſanctificauit vt digna
eſſem redēptoꝛē ⁊ creatoꝛē mūdi ꝺ meis
viſceribus generare. ſed iam illu꞉ perdi
di. ⁊ a me ē longius ſeparatus quem ſi
ne doloꝛe peperi. quem pannis inuolui.
quem virgineo lacte lactaui. quē tenerri
me educaui. quem meis brachijs frequē
ter ⁊ ſtudioſe baiulaui. quem in egyptū
tranſuexi. quē tantopere dilexi huc ꝗp
pe mecum iam non habeo: ſed inter ma
nus inimicoꝝ cerno. ſciens eum ſuſtinē
penam ignominioſa꞉. ſ. penas latronū.
doloꝛoſa꞉: qꝛ in tanto coꝛpoꝛe fuit vulne
ratus. acerba꞉: qꝛ in locis neruoſis fuit
tranſfixus. cōtinuam: quia a media no
cte durauit vſq꞉ ad ſua꞉ moꝛtē. iniuſta꞉:
qꝛ ſine cā fuit cōdemnatus. vitupatus.
dehoneſtatus. flagellatus. vulneratus.
⁊ interfectus. Si autē diceremus eidem
Benedicta tu in mulieribus. i. ſup oēs
mulieres. Rūdere poterit ꝙ aliquando
ad ſupp̄mū gradū bn̄dictōis ꝑ cūctis ali
is mulierib⁹ pueni: qꝛ fui ſimul parens
⁊ virgo: mr̄ ⁊ filia. plena filio dei. ⁊ va
cua ſemine virili. nūc aūt tanta bn̄dictio
ne ſum priuata ⁊ doloꝛe maledictionis
pꝛime mulieris ſupꝛa modū repleta. Si
vero diceremus eide꞉. Bn̄dictus fruct⁹
vētris tui. Rūdere poterit veꝝ ē ꝙ bene
dictus fructus vētris mei cuius benedi
ctio tanta fuit: ꝙ odoꝛ eius p̄mꝛ recon
ciliauit. ſapoꝛ demones de mūdo eiecit.
ſpēs eius totū mundū repleuit. Nūc aūt
cū iniqs deputatus eſt vt dī Yſa. liij. Et
maledictus oīs qui pendet in ligno. vt
dī Deut. xxi. Ego igit̃ ait virgo beata do
loꝛe afflictiſſima ad quē deinceps refu
giam ⁊ quis mihi reſtituet lumē oculoꝝ
meoꝝ. gaudium coꝛdis mei. coronā mei
vt inuenire queā aliquā cōſolationē. Ip
ſa igit̃ ſcdm eccleſie repꝛeſentationē nūc
ē doloꝛe afflictiſſima que vberrime flē
do oīa que xp̄s coꝛpoꝛaliter patitur in
coꝛde ſuo reponit ⁊ oēs plagas quas vi
det in xp̄i coꝛpe in ſe reuocat ⁊ ſigillati
mente: ſicq꞉ exitijs pꝛe dolere vulnerat̃
⁊ cruciat̃ pꝛe nimio amoꝛe. Non ē igitur
cōueniens vt ſibi ia꞉ p̄ſtemus ſalutatio
nem angelica꞉ que ſingularē cōtinet le
titie materiā. Sed nihilominus ꝓ gra
tia impetranda ad patre꞉ miſericoꝛdie
mentes nr̄as deuotius erigamus dicen
tes ſinceriter pater noſter ⁊c̄.

Quo abijt dilectus tuus o
pulcherrima mulie
rū. Cant. vi. Hec verba origi
naliter habent̃. ⁊ ꝑ cōtēpla
tione tāti myſterij paſſiōis. ſ. ieſu xp̄i dn̄i
nr̄i aſſumunt̃ que ſunt verba ſapientie ꝓ
phetico ſpiritu olim paſſionē ipam pco
gnoſcētis ⁊ i pſona cuiuſlib꞉ aīe deuote
alloquētis virginē glorioſa꞉ ⁊ dicentis.

Quo abijt dilectus tuus ⁊c̄. Ipa quide꞉
mr̄ xp̄i fuit pulcherrima mulieꝝ ⁊ hoc
quātū ad coꝛpus ꝙ nūquam alia muli
er habuit foꝛmoſius. ⁊ quātū ad anima꞉
quā habuit ꝑ cūctis alijs gr̄a plenā. Ait
ergo aīa deuota ipi virgini glorioſe quo
abijt dilectus tuus. nō eūm quiſpiam de
illo querere d꞉ a petro: qꝛ hodie ip꞉ ter
negauit. Mat. xxvi. Neq꞉ a iuda qui eū
ꝓditioſe tradidit. Mat. xxvi. Neq꞉ a io
āne qui ſcdm expōem quoꝛūda꞉ fuit ille
ꝺ quo legit̃ Mar. xiiij. qui relicta ſyndo
ne nudus aufugit. neq꞉ a diſcipulis: qꝛ
relicto eo oēs fugerūt. Mat. xxvi. Neq꞉
ab angelis: qꝛ ſcriptū ē Yſa. xxxiij. Ange
li pacis amare flebūt. fletu. ſ. ꝯpaſſionis
vidētes maximā penam quam creatoꝛ
ipſoꝝ iniuſte ſuſtinebat. Queramus er
go ab ipa virgine glioſa in qua ſola fi
des remāſit ⁊ dicamus illi. Quo abijt di
lectus tuus ⁊c̄. Et l꞉ nobis rūdē nō va
leat ꝑꝑ paſſiōis filij ſui ignominiā ⁊ moꝛ
tem crudeliſſima꞉. ꝓfundiſſima ſuſpiria
amariſſimos gemitus ⁊ lachꝛymarū ſua
rum inundātiſſimos fluctus: addam⁹ ta
men ſue reſurrectōis letitiam qua ipe pi
iſſima virgo oculos ſuos lachꝛymis cō
ſperſos a filio parūper auertere ⁊ ad nos
cōuertere dignetur. dic igit̃ obſecramus
quo abijt dilectus tuus ⁊c̄. Reſpondet.
¶ Primo ad vltimā vite pꝛeſentis refe
ctionem. ¶ Secūdo ad tolerandā cru
delem in hoꝛto ligationē. ¶ Tertio ad
plurium iudicū iniquoꝛum pꝛeſentatio
nem. ¶ Quarto ad cauſe inocētis per
uerſam deciſionem. ¶ Quinto ad ſentē
tie moꝛtis in crucis patibulo executio
nem. ¶ Sexto ad ſui coꝛpoꝛis in alieno
monumēto repōnē. ¶ Primo ſi querat̃
a beata virgine quo abijt dilectus ⁊c̄.
Reſpondet ꝙ abijt ad vltimam vite ⁊c̄.
¶ Circa quam refectionē euangeliſte re
ferunt. tria antecedentia. tria cōcomitā
tia. ⁊ tria ſubſequentia. ¶ Tria quidem
antecedentia fuerunt. paſſionis ⁊ tribu
lationu꞉ chꝛiſti pꝛonunciatio. pꝛincipis
ſacerdotum ⁊ ſcribarum cōſultatio. ſce
leris vnius apoſtoloꝛum occaſio. ¶ De
pꝛimo ſciendum ꝙ ad oſtendendum ꝙ
chꝛiſtus voluntarie ſuſtinuit paſſionem
⁊ non coactus ſcd꞉ illud. Yſa. liij. obla
tus eſt: qꝛ ipe voluit: ipam plurie ꝑnū
ciauit diſcipulis vnde cū pꝛeſciret eam
poterat euitare ⁊ ad alia loca accedē. nō
ſolū aūt moꝛtē ipam ac genus moꝛtis ſ꞉
⁊ diē ꝑdixit. habet̃ eīm Mat. xxvi. ꝙ di
xit diſcipulis ſuis. Scitis qꝛ poſt biduū
paſcha fiet ⁊ filius hoīs tradet̃ vt cruci
figatur. ſi intelligat̃ de biduo integro.
hoc dixit feria tertia ante paſſione꞉. Si
vero de biduo ſumendo partē ꝓ toto.
potuit ⁊ hoc eē feria q̄rta. Nota paſcha
fiet. i. comedet̃ agnus paſchalis qui ſe
cūdum legē erat imolandus ⁊ comedē
dus poſt veſperam. vt p꞉ Exo. xij. ob me
moꝛia꞉ beneficij recepti a deo tali nocte:
qñ. ſ. agno imolato i egypto a filijs iſra
el ⁊ interfectis pꝛimogenitis oīum egy
ptioꝛū ab exterminatoꝛe ipſi iudei illeſi
egreſſi ſunt de ſeruitute pharaonis ⁊ in
figurā paſſionis xp̄i agni imaculati que
inchoata fuit in tali nocte ꝑ qua꞉ iſraeli
te. i. veri fideles liberantur de ſeruitute
diaboli occiſis vitijs ſaluiq꞉ fiunt. ſi ta
men ſanguine agni liniti ſint poſtes do
mus. i. fides paſſionis habeatur in men
te ⁊ opere. Nota filius hominis. i. virgi
nis tradet̃ vt crucifigatur. Fuit aūt tra
ditus a deo patre ipm ad moꝛtē exponē
do ⁊ ꝑmittēdo ꝑꝑ nimiam erga nos cha
ritatē. Roma. viij. Qui ꝓpꝛio filio ſuo nō
pepercit ſed ꝓ nobis tradidit illū. ⁊ Io.
iij. Sic deus dilexit mūdū vt filiū ſuum
vnigenitum daret. Traditus ē a ſeipſo
ad noſtri redemptionē. Eph. v. Dedit ſe
metipſu꞉ ꝓ nobis oblationē deo in odo
rem ſuauitatis. Traditus ē a iuda ſca
riothis ad auaritie ſatiſfactionem. Lu.
xxij. Accepta pecunia querebat oppoꝛ
tunitatem vt eū traderet. ſ. iudeis. Tra
ditus ē a iudeis pilato ob inuidie infe
ctionem. Matt. xxvi. Sciebat enim ꝙ ꝑ
inuidiam tradidiſſent eum. ¶ De ſecun
do. ſ. de pꝛincipis ſacerdotū ⁊ ſcribaru꞉
conſultatiōe habetur Mat. xxvi. Tunc
ſcil꞉ illa die qua chꝛiſtus dixerat illa ver
ba: congregati ſunt pꝛincipes ſacerdo
tum ⁊ magiſtratus. quidam ſcil꞉ officia
les in atrium pꝛincipis ſacerdotu꞉ qui
dicebatur cayphas. vbi cōciliū de captu
ra factū: pcium per pꝛoditoꝛe꞉ poſtula
tu꞉. ⁊ pactu꞉ circa hoc firmatum. Con

gregati igiť ſunt ad ↄſiliū faciēdū. ⁊ tra
ctādū vt ieſuꝫ dolo tenerēt ⁊ occiderēt.
alias caypha dāte ↄſiliū decreuerāt euꝫ
occidēdū. Nūc q̄rūt de mō capiendi diſſi
gēti ne euaderet. vn̄ dicūt: Nō ī die feſto
ſcꝫ hoc faciam⁹. ſ. cape eū. Et oſn̄dit euā
geliſta ꝙ hoc nō dixerūt ex reuerētia ad
feſtū: ſed ne extraheref de manib⁹ eoꝝ a
pplo. vn̄ ſubdiť: Ne forte tumult⁹ fieret
in populo. hoꝝ ↄciliū vel potius ↄſpira
tionē p̄uidēs iacob patriarcha deteſtat⁹
ait: Symeon ⁊ leui vaſa iniq̄tatis bellā/
tia: in ↄciliū eoꝝ nō veniat aīa mea: neqꝫ
in cetu eoꝝꝫ ſit gloria mea: ⁊ rōnem aſſi/
gnās ſubdit: q: in furore ſuo occiderunt
viꝝ. ⁊ poſtea maledict⁹ furor eoꝝ: q: ptī/
nax. ⁊ indignatio eoꝝ q: dura. Gen̄. pe.
de tribu leui certū ē fuiſſe ſacerdotes. de
tribu ſymeon dī plurimos ex ſcribis de
ſcēdiſſe. ſcribe q̄ fuerūt p̄ncipales in ↄci
lio de morte xp̄i quorū mētes fuerūt ini/
que bellātes ↄtra xp̄m q̄ nō ex rōne: ſed
furore ⁊ inuidia tractauerūt ⁊ ꝓcurave
rūt viꝝ. i. xp̄m totū virtuoſūꝫ occidi. Fu
ror eoꝝ fuit ptinax: q: cū pilatus eū vel/
let liberare vt inocētē. ptinaces erant in
clamando. Crucifigaf. ¶ De tertio. ſ. de
ſceleris iude occaſiōe habeť Mat. xxvi.
Cū aūt eēt ieſus in bethania in domo ſy
monis leproſi ⁊c. vſqꝫ ibi. Amē dico vo/
bis vbicūqꝫ p̄dicatū fuerit ⁊c. Que vn/
ctio ſcā xp̄o ⁊ iude murmuratio hic po/
niť nō q: die cōcilij iudeoꝝ fuerit facta.
ī mo ſabbato p̄cedēti; vt patet Jo. xij. Sꝫ
forte iō hic annexa ē narratio huius: q:
illud fuit occaſio accepta non data iude
ad ꝓditionē faciēdam. Nā vt dicit glo.
xij. q. i. Judas ↄſueuerat furari decimā
ptē eoꝝ q̄ ſibi dabanť ſeruāda. ⁊ vnguē/
tū illud effuſūꝫ volebat vēdi cui⁹ p̄ciūꝫ
erat. ccc. denarioꝝ. hoꝝ decima ps erat
xxx. Quia igiť nō poterat furari dcimā
ptem qm̄ vēditū nō fuit q̄ſi volens recō
pēſare dānū ſibi ſequutūꝫ. xxx. denarijs
argēteis fecit ꝓditionem. vn̄ ipſe iudas
percipiēs ſacerdotes ↄgregatos ad tra
ctādū de captura xp̄i intrāte in eū ſatha
na vt dicit Lucas nō q̄dem p vexationē
corpis ſed p nouū malitie effectū acceſ/
ſit ad ↄgregatos in ↄcilio dicens: Quid
vultis mihi dare: ⁊ ego vobis eū tradaꝫ.

O vocē temerariā p̄ſūptione plenam,
oīuꝫ dn̄m cui oīa tradita ſūt a p̄re eter/
no tanꝗ eēt ſub ſua ptāte ꝓmittit ſell/
lis traditurū. vn̄ dicit: Quid vultis ⁊c.
O vox oī pena digniſſima: dn̄ꝫ ⁊ ingrm
ſuū qui ei tot bn̄ficia ↄtulerat: ad digni/
tatē ſūmā apoſtolat⁹ vocauerat: ad p̄di/
cādū ⁊ faciēdū miracula cuꝫ alijs miſe/
rat: ſuū ꝓcuratorē inſtituerat: ⁊ nunc eū
vēditioni exponit: ac vt vile mancipiūꝫ
p̄ciū in emptoꝝ volūtate ꝓponit dicēs:
Quid vultis ⁊c. Heccine ē doctrina quā
tradidit magr̄ optimus. Jpſe te docuit
tpalia ↄtēnere neminē ledere: p̄rimū p
poſſe iuuare: ⁊ tu nūc pre auaritia inocē
tiſſimū ꝓdis: ⁊ ad mortē tradis dicens:
Quid vultis ⁊c. At illi iudei ↄgregati
hoc audito gauiſi ſūt dantes ei. xxx. ar/
genteos p hoc ope. Sicqꝫ ipleta ē figu/
ra que habeť Gen̄. xxxvij. de Joſeph iu
uene p̄fectiſſimo q̄ fuit vēditus. xxx. ar/
gēteis ſuggerēte iuda fratre ſuo ⁊ tradi
tus in manib⁹ yſmaelitaꝝ ex zelo inuidie
ne dn̄aret eis. Sed ſicut ↄtrariū accidit
eis qd̄ itendebāt: q: p hoc ille exaltatus
eſt: adorat⁹ ⁊ vocatur ſaluator mūdi. ita
⁊ ieſuꝫ p iſtā traditionē in manibus gen
tiliū ⁊ paſſionē deus exaltauit eū. ⁊ de/
dit ei nomē qd̄ eſt ſup oē nomē Jeſus q̄
interp̄taf ſaluator vt in noie ieſu oē ge/
nu flectaf ⁊ ſpopōdit iudas facere ꝓdi/
tionē recepta pecunia. Exinde querens
opportunitatē tradēdi cum eēt ſine tur/
bis in quo ope ſceleratiſſimus iudas ꝑ/
petrauit nō ſolū ꝓditionē ⁊ plagiūꝫ ⁊
ſacrilegiū ⁊ ſimoniā vēdendo xp̄m fon/
tē oīs gratie. vn̄ Gre. nazāzenus: Judas
oīuꝫ redēptorē vēdidit. mox laqueo ſu/
ſpēſus. tādē gratiā redēptōis non obti/
nuit. ⁊ merito q: nemo pōt retinere qd̄
vēdidit. i. q. i. q̄ ſtudet. vbi ēt notādū qd̄
ait Beda ſup Marcū. Multi hodie iu/
de ſcelus: q: dn̄m ac magiſtrū deūqꝫ ſuū
pecūnia vendiderit: velut īmane ⁊ nefa
riū ſcelus horrent: nec tn̄ cauēt. Nā cū p
munerib⁹ falſūꝫ ↄtra aliquē teſtimoniū
dicūt. ꝓfecto q: veritatem ꝓ pecunia ne
gāt deū pecunia vēdūt. ipſe enim dixit:
Ego ſuꝫ veritas: ⁊ eū ſocietatē fr̄nitatis
aliq̄ diſcordie peſte ↄmaculāt deū ꝓdūt:
q: deus charitas ē maxime cū non inſur



initate vel ignorātia peccaf: ſed in ſimiſi
tudinē iude q̄rūt opportunitatē vt vir/
tutē crimine mutēt. xi. q. iij. abijt. ⁊ de cō
ſe. di. iij. ieiunia. Dī ꝙ feria q̄rta iudas
traditionem dn̄i cogitauit. i. tractauit.
Vn̄ antiqtus tali die ieiuniuꝫ ſeruabaf:
vt patet in. d. c. ob reuerētiā paſſionis.
nūc aūt loco hui⁹ a pluribus tali die car
nes nō comedunf: nō ex p̄cepto ſꝫ ex de/
uotōe. ¶ Quātū ad ipſaꝫ xp̄i vltimā re/
fectionē ⁊ eius ↄcomitantiā: vt habetur
Mat. xxvi. Prima die azimoꝝꝫ. i. feria
q̄nta q̄ dī p̄ma azimoꝝ: q: in ſero illius
diei cū agno comedebāt azima non fer/
mētatū. qd̄ poſtea ſeruabaf p ſeptē alios
dies ſequētes qui dicebanf dies azimoꝝ
acceſſerūt diſcipuli ad ieſuꝫ dicētes: vbi
vis parem⁹ tibi comedē paſcha. i. agnū
paſchalē: qui ſcd̄m legē ab oībus iude/
is debebat comedi: ⁊ q: xp̄s cū aplis do/
mū ꝓpriā nō hēbat. iō querūt de loco de
terminato. Tūc xp̄s vt habeť Luc. xxij.
Miſit petrū ⁊ ioannē. Petrū vt magis
diligentē. Joānē vero vt magis ceteris
dilectū dicēs eis ⁊ dans ſigna. Ecce itro
eūtibus vobis ī ciuitatē occurret vobis
hō amphorā aque baiulās. ſeq̄mini eum
in domū in quā itrat ⁊ dicite p̄rifamili/
as domus. Dicit tibi magiſter. Vbi ē di/
uerſoriū. i. locus ſecret⁹ vbi mādicē pa/
ſcha. i. agnū paſchalē cū diſcipulis me/
is. Et oſtēdet vobis cenaculū magnum
ſtratū. i. aulā ⁊ ibi pate. ſ. neceſſaria no/
bis. noluit aūt xp̄s noiare hoiēꝫ ne ſcd̄m
Chryſ. Judas audiēs ordinaſſꝫ eū ibi ca
pi añ horā ſtatutā. eūtes ergo ⁊ inuenien/
tes oīa pauerūt q̄ oportebat. Jn quo cō/
uiuio ſcō nota tria q̄ xp̄s egit. p̄mo agnū
paſchalē comedit. ſcd̄o pedes diſcipulo
rū lauit. tertio ſacramētū eucharíſtie in
ſtituit. ¶ Quātū ad tria ſubſeq̄ntia ſciē
dū ꝙ hec fuerūt. diſcipuloꝝ pturbatio.
dulcis eoꝝ dē exhortatio. ⁊ gr̄aruꝫ red/
ditio. ¶ De p̄mo habeť Mat. xxvi. Ve/
ſpere aūt facto diſcūbebat cū duodecim
diſcipulis ſuis ⁊ edētibus illis. ſ. in fine
cene dixit: Amen dico vobis q: vnus ve
ſtrū me traditurus eſt: ⁊ cōtriſtati valde
cepunt ſinguli dicere: Nūquid ego ſum
dn̄e. quaſi dicat ꝙuis ↄſcientia nos nō
remordeat de cogitatione tanti ſceleris.

tu tamē qui noſti occulta cordiū indica
vt tantū nefas īpediaf. Judas aūt ne ta
cendo ſe ſuſpectū oſtēderet ait: Nūquid
ego ſuꝫ rabbi. Cui xp̄s: Tu dixiſti. qd̄ nō
eſt intelligēdum. quaſi dicat tu dicis ve/
ritatē: q: tu es ille. ſic enim illū manife/
ſtaſſet alijs. Sed tu dixiſti. i. tu hoc dicis
ego non dico ꝙ tu ſis. ⁊ ſubdit: Qui in/
tingit mecū manum in parapſidem: hic
me tradet. ve autēꝫ homini illi. ſ. eterne
dānationis per quem tradar ego. Me/
lius fuiſſet homini illi ſi natus non fu/
iſſet: q: ſi mortuus fuiſſet ī vtero matris
ad limbum deſcēdiſſet: ſed natus ꝓpter
hoc flagitiū non penitēs deſcēdet ad in
fernum. vel etiā quia eē melius eſt ꝙ̄ nō
eſſe: tamē non eſſe videf melius ꝙ̄ male
eſſe: q: priuari malo habet rationē boni.
ideo melius ei eēt ſi natus nō fuiſſet etiā
in vtero: id eſt nō fuiſſet. Ex his tamē ver
bis nō fuit proditor manifeſtatus: quia
omnes ſimul intingebāt in vno catino
vbi erat ſucc⁹ lactucaꝝ aggreſtiū vt ſal/
ſa ſecūdum mandatū legis. Jn quo oſtē
ditur quātū peccata occulta non debe/
ant alijs ītimari. Vnde Augu. ij. q. i. ait:
vnus ex vobis me traditurus eſt. Bene
dixit ex vobis: non ex nobis. Ex vobis
enim eſt a quibus per iudiciariā poteſta
tem confeſſus aut cōuictus excluſus nō
eſt. a me vero q̄ nulli⁹ egeo argumētis ⁊
omnia certiſſime noui ſeparatus ⁊ diui
ſus eſt. Tale ē ac ſi diceref. Et ſi ego per
occulti iudicij ſentētiam dānatū habeo
vos tamē illum per tolerantiā ſuſtinete
hec ille. Petrus autē zelo magiſtri ſcire
cupiēs proditorē: quia ſi cognouiſſet eū
occidiſſet ait Chryſo. nō audēs ipſe per
ſe: ſubmittit ſociū. ſ. ioannē euangeliſtā
vt querat ab eo de proditore. Cui ioāni
querēti quis eſſet. Xp̄s ſubmiſſe reſpon/
dit ita vt alij non audirēt. Jlle eſt cui in
tinctam bucellā dedero. Pe. da. O incō/
parabilem viruꝫ: profert xp̄s verbum in
medium: tacet totus ſenatus apoſtolo/
rum Joannes ſolus cōſultor accedit. Di
citur autem Joannes recubuiſſe in ſinu
vel ſupra pectus ieſu quo ad litteraꝫ: q:
cum iuxta eū ſtaret in menſa vel ecōtra
inclinauit ioannes caput ſuū ſuper pe/
ctus ieſu vt ſecretius loquereť. Myſtice

aūt dabaſ intelligi ſcdm Bedā ꝙ de do/
minici pectoris fonte vbi ſunt theſauri
ſapiētie dei abſcōditi potādus erat quo
eructaret illud diuinū myſteriū. In pri
cipio erat verbū. Et cuꝫ ieſus intinxiſſet
bucellaꝫ. Jude porexit. Et poſt bucellā
introiuit in eū ſathanas nō quidē d no/
uo. iam enim intrauerat ſed per nouum
effectū malitie vt qđ cōceperat executōi
mandaret per ꝓditionē. Non fuit bucel
la iſta ſacramētū. iam eniꝫ dederat. ſed
figura eius qui indigne accedit. Aug. d
cōſe. diſti. ij. Sicut cū bucellaꝫ tradidit
ei xp̄s nō malū accipiēdo: ſed male acci/
piēdo locū dđit diabolo. ſic qſqꝫ idigne
ſumens corpus xp̄i non efficit vt q: ma/
lus ē malū accipit: aut q: nō ad ſalutem
accipit nihil accipit. Dixit āt ei ieſus: ꝙ
facis fac citius. q. d. Ex quo nec mic nec
blāditie te a malo ꝓpoſito reuocant. qđ
facis. ſ. diſponis facē. ſ. ꝓditionē fac ci/
tius: nō ſollicitans ad malū: ſed deſide/
rium oſtēdens humane redēptiōis. Ne/
mo tñ diſcipuloꝝ dicit Jo. intellexit ad
quid illa verba dixerat: ſꝫ q: loculos ha/
bebat iudas putauerūt eū dicē vt emēt
neceſſaria in feſto vel egenis aliquid da/
ret. vbi Augu. xij. q. i. hēbat dñs loculos
a fidelibus oblata cōſeruantes: ⁊ ſuoꝝ
neceſſitatibus ⁊ alijs indigentibus tri/
buebat. Poſt bucellam egreſſus ē iudas
ad exequēdam ꝓditionē nocte iaꝫ facta
Hūc ꝓgreſſum inde ingrediēdo ⁊ egre/
diendo ad tractādū ꝓditionē: ⁊ ipi⁹ exe/
cutionem in p̄s. Si ingrediebaſ. ſ. in do
mum. vt videret. ſ. aptitudinem ad op⁹
vana loquebaſ. i. mala ⁊ falſa murmu/
rans de effuſiōe vnguēti: cor eius cōgre
gauit iniquitatem ſibi multas iniquita
tes ꝓponendo facere vt ſacrilegiū ⁊ alia
Egrediebaſ foras ad capiendum oppor
tunitatem ⁊ loquebatur in idipſum. i. in
malum perficiendum. Et qui edebat pa
nes meos magnificauit ſuper me ſup/
plantationem. i. magnam fecit ſup me ꝓ
ditionē. de qua ſupplantatione chriſt⁹
antea loquens dixit. Amen dico vobis
vnus veſtrum me traditurus ē quod fu
it turbationis apoſtoloꝝ occaſio. ¶ De
dulci aūt ipſorum exortatione vide a. x/
iij. Joā. vſqꝫ ad. xvij. incluſiue vbi iter

alia dixit. Nunc clarificatus eſt fili⁹ ho/
minis ⁊ deus clarificatus ē in eo. i. ſcđꝫ
Aug. Nūc clarificatus ē ⁊c̄. Quia exclu
ſo imūdo iuda remanſerūt ſoli mūdi cū
ſuo mandatore. q. d. Hec ē figura future
glorificationis vniuerſalis in qua nul/
lus malus erit ⁊ nullus bonus exibit.
Et deus glorificatus eſt in eo. i. dei glīa
perfecte manifeſtabitur ⁊ hoc per virtu
tem ſuam. ¶ De tertio. ſ. grāꝝ actōe be
nis mētio fit. Mat. xxvi. vbi di. Et hym
no dicto. non eim fecit xp̄s ſicut quidaꝫ
dicunſ feciſſe. Exod. xxij. vbi di. Sedit
pp̄ls mādu care ⁊ bibē: ⁊ ſurrexerūt lu/
dere. ⁊ ſequiſ. Et ceciderunt in die illa
quaſi. xxiij. milia hominū. Nec tamē ex
hoc dñs fuit pacificatus. qđ pꝫ in fine ca
pituli vbi dñs ait. Ego aūt in die vltio/
nis. i. finalis iudicij viſitabo hoc peccatū
eorum. ſed hymno dicto gr̄as reddidit
deo patri dans nobis exēplū in refectio
ne accepta nos ita faciamus. Et ſic pa
tet quid xp̄s egerit in ſua vltima preſen
tis vite refectione quā iđ facere voluit
cū ap̄lis ſuis. vt ſicut preuaricatio ⁊ pec
catū ade incepat a refectione Adam qui
comedit de fructu vetito: ita xp̄s ad oñē
dendum ꝙ p ſuam paſſionē illud repa/
re venerat. illam voluit a refectione in/
choare. Si qua igitur fidelis anima vir
ginem beatam interrogauerit dicens.
quo abijt dilectus tuus ⁊c̄. Reſponde/
bit ad vltimam vite preſentis refectio/
nem.

SEcundo abijt ad
tolerādā crudelē i orto ligatiō
nē. ſicut eim habeſ Matt. xx
vi. hymno dicto exierūt in mōtē oliuaꝝ
⁊ venerūt i villā que dſ gethſemani. pa
ſeuntes prius quēdaꝫ torētē qui dicebā
tur cedron. qui erat in mōtis oliuarū ra
ꝯgruũ erat vt prius ipe crucis tropheũ
erigeret. poſtea illud martyribus trade
ret erigẽdũ. Nec iudeus ẽ iſte ſymon: ſʒ
alienigena ⁊ pegrinus: q: cyreneus. nec
ante: ſʒ poſt ieſum portat crucẽ. gentilis
enim ppl's non iudaicus ſequit crucem
⁊ fert eam implẽs illud. Tollat crucem
ſuam ⁊ ſequat me. De villa veniens cru
cẽ amplectit. cũ paganis ritibus dereli
ctis ait Beda. veſtigia xp̃i ſequit. Villa
enim latine: pagos grece dr. vñ dicti ſũt
pagani. ſ. a pagos. Simon interpretat
obediẽs: q: obedit diuinis pceptis. Se-
quebat aũt eũ multitudo magna muliẽ-
rum populi que ex deuotõe ei cõpatien-
tes plãgebant ⁊ lamentabant illum. Je-
ſus aũt cõuerſus ad eas vt refert ſolus
Luc. cõſolatus ẽ eas dicẽs: Filie hieru-
ſalẽ nolite flere ſup me moriturũ: q: ſcilʒ
mortẽ cito reſurrectio glorioſa diſſoluet
⁊ ipſa mea mors mortẽ ipaʒ ⁊ mortis au-
ctorem diabolũ deſtructura ẽ inquit Be
da. Sʒ ſup voſipas flete ⁊ ſup filios ve-
ſtros. ſ. ppter mala que ventura ſunt vo-
bis. Qm̃ ecce venient dies in quibus di-
cent. bẽe ſteriles ⁊ ventres que nõ genue-
runt: ⁊ vbera que nõ lactauerũt. Hõ di-
cit pp obſidionẽ futurã a romanis. in q̃
ad tantã calamitatẽ famis deuenerunt
vt mr̃es alique comederent filios ppri-
os. Tunc incipiẽt dicere montibus vidẽ
tes ſe in tãtis anguſtijs. Cadite ſup nos
⁊ collibus coopite nos. Beda. refert eim

ioſephus romanis inſiſtentibus iudeos
cateruatiʒ petiſſe mõtiũ ⁊ colliuʒ cauer/
nas ad euadenduʒ. Quia ſi in viridi li/
gno hoc faciũt: in arido quid fiet. i. ſcd̃ʒ
Theophil. Si in me qui ſum lignũ viri/
de per virtutẽ faciẽs fructũ romani hoc
faciũt: qd faciẽt in pplo iudeoꝝ arido ⁊
infructuoſo. Uel ſcd̃m Bedã. Si ego q
ſuʒ ſine peccato lignũ vite appellatus. ſi
ne igne paſſionis de hoc mũdo nõ exeo.
quid eis putas iminẽ tormẽti qui ſunt
fructibus bonoꝝ operũ vacui. Et poſtq̃
venerunt in locũ qui caluarie dr̃. ibi cru
cifixerunt eũ. Quidam voluerunt dicẽ
vt hebrei. ideo dictũ locũ caluarie: quia
ibi erat caluaria. i. caput adaʒ primi ho
minis ſepulti. Sʒ hiero. reprobat hoc:
quia in ebron dr̃ ſepulchruʒ ade eẽ. Sed
Beda dicit ꝙ foris portã erant loca vbi
trũcabantur capita dãnatoꝝ. ideo cal/
uarie locũ illuʒ appellatũ. Et ſic p om/
nium ſalute inoxius quaſi noxius inter
noxios crucifigit̃: vt vbi abũdauit deli/
ctum: ſupabũdet ⁊ grã. Crucifixerũt eũ
prius antequã crucẽ figerent dederũt ei
vinum mirratũ. i. mirra amariſſima mi/
xtũ. vel vt dicit Mat. vinum felle mixtũ
Mos erat iudeis qui adhuc ſeruatur
apud chriſtianos in multis locis vt de/
bilitati rei cuʒ ducunt̃ ad mortẽ ex hor/
rore huius cõfortarentur cõfectionibus
⁊ optimo vino. loco cuius ad augmẽtũ
pene chriſto dederunt vinũ mirratum.
Exuẽtes aũt eũ omnibus veſtibus vulne
ra renouarũt. Naʒ cum per flagella du/
riſſima totũ corpus eius eẽt dilaceratuʒ
ſeu decorticatũ. veſtimẽta ſua reſumpta
fortiter inheſerant carni a qua nũc ſepa
rantes non ſine magno dolore ⁊ vulne/
ratione fieri potuit vt accidit in vulne/
ribus faſcijs reſolutis. Modũ aũt cruci
fixionis nullus euangeliſtaꝝ explicat.
Unde potuit fieri ſcd̃m aliquos vt cru/
ce in terraʒ extenſa ſuper eaʒ affigerent
corpus ieſu manibus ⁊ pedibus. Et po
ſtea erigerent ipaʒ. Uel etiaʒ ꝙ prius eri
gentes cruceʒ ⁊ in terraʒ trũcum figen/
tes ⁊ firmantes. poſtea in ea corpus cõ/
fixerunt: aliquo corpus ſuſtentante dum
configerentur manus eius deinde pe/
des clauis ferreis ſatis groſſis vt oſten/

ditur. Et q: ex cõfixione ⁊ maximo dolo
re nerui erant retracti ⁊ mẽbra decurta
ta qñ ſecũdã manuʒ affixerunt. ⁊ pedes
etiaʒ fune p violentiaʒ brachiuʒ aliud ⁊
pedes ꝑtraxerunt intantuʒ ꝙ oia eſſ
corpis dinumerari poſſent impleto qd
ꝓdixerat. ps. xxi. in pſona chriſti. Fode
runt manus meas ⁊ pedes meos. dinu/
merauerũt omnia oſſa mea. Nulla hyſto
ria docet hoc in dauid implẽtũ vel alio
de populo illo: ſed in domino noſtro ieſu
xp̃o. Erat autem titulus continẽs cau/
ſaʒ mortis in quadaʒ tabula qua ſcript
litteris grecis latinis ⁊ hebraicis. vt ex
omni natione qui conuenerant in die fe
ſto legẽ poſſent. que tabula affixa erat
paxillo poſito in pte ſuperiori crucis in me
dio. verſus quam caput ieſu pendebat.
Naʒ crux per ſe erat ad modũ thau nec
habebat aliquid ſup lignum quod erat
per tranſuerſuʒ. Sed appoſitus fuit pa
xillus cuʒ tabula vt dictuʒ eſt. Scriptu
ra autẽ tituli hoc erat. Jeſus nazarẽ
rex iudeoꝝ. Sed vt refert ſolus Joã.
quia locus vbi crucifixus erat prope ci
uitateʒ extra tamẽ hieruſalẽ ẽ. plurimi
nes de ciuitate ibant ad videndũ quod
fuit ad maximaʒ penaʒ confuſionis [illegible]
ieſu ſcd̃ʒ illud ps. lxviij. Tota die vere
dia mea contra me eſt: ⁊ confuſio faciei
mee operuit me ⁊c̃. Pontifices ergo [illegible]
giſſent ſcripturaʒ reputantes hoc [illegible]
iniuriaʒ ſuaʒ ſcilicet ꝙ rex ſuus cruci
xus eẽt dixerunt pilato. Noli ſcribere
iudeoꝝ ſcilʒ ꝙ ſit: ſʒ quia dicit rex ſu
iudeoꝝ. vt ſcilʒ appeat ꝙ ꝓpter ſuam
arrogantiaʒ ⁊ ambitioneʒ qua ſe volu
facere regeʒ ſit crucifixus. Quibus pi
latus. Quod ſcripſi ſcripſi. i. ſcripturã
illam volo ſic pmanere firmaʒ hoc di
ſponente deo: quia vere ẽ rex iudeorum
ad litteraʒ ⁊ iudeoꝝ ⁊ omniuʒ nato
num. Moraliter rex iudeorum. i. con
tentium. interpretatur enim iudeus con
feſſio vel confitens. Eſt eniʒ ſpecialiter
do rex ideſt regnans p gratiaʒ ⁊ poſt
per gloriaʒ eoꝝ qui confitentur [illegible]
fidei articulos credendo ⁊ defectus [illegible]
prios ſacerdoti pandẽdo. ⁊ diuinam [illegible]
des gratias agendo. Milites autẽ gen
tiles qui cum cruci affixerunt [illegible]

lati: diuiſerunt ſibi ad inuicem veſtimẽ/
ta ſua p ſortem ſtatuentes quis quid ac/
ciperet. quod narrant omnes euangeli/
ſte. ſed Jo. plenius dicit enim ꝙ milites
qui crucifixerant quattuor fecerunt par
tes de veſtibus vnicuiqʒ ſuã dantes. Tu
nicam autẽ ſuaʒ que erat inconſutilis ⁊
deſuper contexta p totũ. i. facta ad acuʒ
non diuiſerunt dicentes. Non ſcindam⁹
eam: ſed ſortiamur de ea cuius ſit. Quõ
factum inducit Joan. pſalmiſtaʒ. xxri.
hoc prenũciaſſe cum ait in pſonaʒ chri/
ſti. Partiti ſunt ſeu diuiſerunt ſibi veſti/
menta mea ſcilʒ qui me crucifixerunt. ⁊
ſuper veſtem meaʒ miſerunt ſorteʒ. i. ſu/
per tunicam inconſutilem. Augu. Mat
theus autẽ dicendo diuiſerunt veſtimẽ
ta eius ſortẽ mittentes. ad totaʒ veſtimẽ
torum diuiſionẽ voluit intelligi etiaʒ il/
lam tunicaʒ ptinere de qua ſortem miſe
runt. Tale eſt etiaʒ quod ait Luc. diuidẽ
tes veſtimẽta eius miſerunt ſorteʒ. Diui
dentes eniʒ venerunt ad tunicaʒ d̃ qua
facta ẽ ſortitio. dicendo aũt ſortes plu/
raliter pro ſingulari poſuit. Marcus au
tẽ ſolus videtur itulisse aliquaʒ queſtio/
nem. dicẽdo enim mittentes ſortem ſup
eis quis quid tollẽt tãquam ſup omni/
bus veſtimẽtis: non ſup ſola tunica ſors
miſſa ſit locutus videatur. Sed etiam
hec breuitas obſcuritatẽ facit. Sic enim
dictum ẽ mittẽtes ſortẽ ſup eis ac ſi dice
retur. mittẽtes ſortẽ cum diuiderent. ꝙ
aũt dicit quis quid tollẽt. i. quis tunicã
tollẽt tãquã ſi totuʒ ita diceret̃. Mitten
tes ſortẽ ſuper eis quis tunicaʒ que par
tibus equalibus ſupfuerat tollẽt. Spũa
liter vero quadripartita veſtis dñi nr̃i
ieſu xp̃i. quadripartitam figurauit eius
eccliam quattuor. ſ. ptibus in orbẽ diffu
ſam ⁊ in eiſdẽ equalr̃. i. exorditus diſtri/
butam. Tunica ṽo illa ſortita oium par
tium ſignificat̃ vnitateʒ: que charitatis
vinculo cõtinet̃. Si aũt charitas ſupemi
nentiorẽ viam habet ⁊ ſupeminet ſcie ⁊
ſup oia ꝓcepta. eſt merito veſtis q̃ ſignat̃
deſup cõtexta ⁊ addidit p totũ: q: nemo
ẽ expers eius q ptinẽ inuenit̃ ad totum: a
quo tota catholica vocat̃ eccl'a. Incon/
ſutilis aũt ne aliqñ diſcindat̃: ⁊ ad vnuʒ
puenit: q: oẽs in vnum colligit. In ſorte

aũt dei grã cõmẽdata ẽ. Cum enim ſors
mittit̃ non pſone cuiuſcũqʒ vel meritis.
ſed occulto iudicio dei cedit̃. Hec Aug.
Quare aũt poti⁹ mortẽ crucis ſuſtinue/
rit q̃ aliam omitto hic ponere. Et prete/
reuntes turbe iquiũt Mat. ⁊ Mar. blaſ
phemabant eũ dicentes. Uah qui deſtru
is templũ dei ⁊ in triduo illud reedifi/
cas. Sed ⁊ principes ſacerdotũ cuʒ ſcri
bis ⁊ ſenioribus illudebant dicẽtes: Ali
os ſaluos fecit: ſeipm nõ pot̃ ſaluum fa/
cere. q. d. Nunc apparet q: non vere ſa/
nabat infirmos: ſed i virtute beelzebub/
ſi filius dei eſt deſcẽdat nunc de cruce.
credimus ei. dixit enim: filius dei ſum ⁊
Sed ⁊ milites. ſ. pilati illudebant ei di/
centes: Si tu es rex iudeoꝝ ſaluũ te fac./
Jeſus aũt in cruce manens ſuſtinet tot
dolores imenſos: tot irriſiones ⁊ contu
melias. Primum quidem verbum dixit
in cruce: vt refert ſolus Lucas inſtruẽs
ad dilectionẽ inimicorum. dixit eiʒ Pa
ter ignoſce illis: q: neſciunt quid faciũt.
Contra oẽm iuſticiam oſtenditur: quia
innocẽtiſſimus ſine aliquo peccato ſo/
lus ab his quibus ſemp benefecerat: a
pplo quẽ in peculiarẽ aſſumpſerat. ledi
tur in oibus ſumme. in ſubſtantia abla/
tis ſibi veſtib⁹. in fama cõtumelijs ⁊ blaſ
phemijs. in pſona morte turpiſſima ⁊ ac
cerbiſſima cõdẽnatus. ⁊ tñ p illis orat
dicens: Pr̃ ignoſce ⁊c̃. Et ſic impleta eſt
ꝓphetia Yſa. dicẽtis. liij. p traſgreſſori/
bus. i. contra legem agẽtibus orauit ne
pirent. Cum aũt cum eo crucifixi eſſent
duo latrones. vnus a dextris alius a ſi/
niſtris. dicũt Mattheus ⁊ Marcus ab/
breuiando ꝙ idipſum iproperabant ei ⁊
cõuitiabãt qui cum eo crucifixi erãt. Sʒ
Luc. plenius hoc exprimit. Dicit eim ꝙ
vnus ex latronibus qui ſcilʒ erat a ſini/
ſtris blaſphemabat eum dicẽs. Si tu es
xp̃s ſaluum fac temetipſum ⁊ nos. Dicẽ
dum eſt ergo ꝙ vel in eo quod dicunt
Mattheus ⁊ Marchus d̃ ambobus la/
tronibus cõuitiantibus xp̃o. ponit̃ ibi
pluralis pro ſingulari: quia vnus eoꝝ
fuit tñ put dicit Lucas. Uel quia ſi am
bo fuerunt qui conuiciati ſunt chri/
ſto. hoc fuit in principio. Sed poſtea
qui a dextris erat penitentia ductus

repꝛehēdit ſociū: ⁊ xp̄o ſe recōmēdans
ait: Memēto mei ⁊c̄. vt dicit Lucas. Vn̄
ſubdit. Rn̄dēs aūt alter icrepabat eū di
cēs: Neqꝫ tu times deū ꝙ in eadē dāna/
tione es: ſicut iſti pſidi iudei q crucifixe/
rūt hūc taꝫ inocēter. Et nos qdē iuſte. ſ.
ꝯdēnati ſumus ꝓpter ſcelera nr̄a. Naꝫ
digna factis recipim⁹. hic vō nihil ſma
li fecit. Et dicebat ad ieſum: Dn̄e memē
to mei cū veneris in regnū tuū. Et dixit
ei ieſus. qđ eſt ſcđm verbū. Amē dico ti/
bi: hodie mecū eris in padiſo. Qđ vtiqꝫ
verū fuit. Nā mortuo ieſu illa die: aīa ſe/
parata a corꝑe: ſociata diuinitate: deſcen
dit ad limbū patruꝫ: ⁊ aīa hui⁹ latronis
poſt mortē xp̄i ⁊ ipſa a corpore ſepata de
ſcēdit nō ad iſernum dānatoꝛuꝫ vel pur
gatoꝛiū: ſed ad limbum vbi clare vidēs
diuinitatē xp̄i fuit beata. Et hoc eſt vere
paradiſus locus. ſ. qui parat dei viſum.
Hodie mecum ⁊c̄. Hiero. Ut paruū ma/
gnus aſpicias ⁊ diues paſtoꝛ moꝛbidam
non ꝯtēnas ouem: xp̄s de cruce in para/
diſuꝫ latronē tulit. Et ne quis ſeraꝫ ali/
qn̄ putaret pn̄iaꝫ fecit homicidiȷ̄ penaꝫ
martyriū. De pe. di. i. Importuna. Hinc
⁊ Julius papa. Vera cōfeſſio in vltimo
eē pōt: ſicut latro vnius momēti pn̄ia
meruit eē in paradiſo in hoꝛa vltime cō
feſſionis. xxvi. q. vi. Si pſbyter. Auguſt.
Qui prius a peccatis relinqtur ꝙ ipſe
relinquat ea: nō libere ſed quaſi neceſſi/
tate ꝯdēnat. Lꝫ enim latro veniam me/
ruiſſet in fine de omni crimine: nō tn̄ de/
dit baptizatis peccādi ⁊ ꝑſeuerandi au
ctoꝛitatē. Tūc eniꝫ primū baptizatus ē
ſcꝫ baptiſmo flaminis: q: tūc primuꝫ in
cruce xp̄m ꝯfeſſus eſt. De peni. diſti. vii.
Nullus. Sed vere mirabilis fuit deuo/
tio ⁊ fides huius latronis. Nullū vide/
rat eū facere miraculū: nō predicātē: nō
turbis circūdatū eius doctrinā ſitienti/
bus ſed crucifixū cū eo. Omneſqꝫ maio/
res. ſ. ꝑncipes ſacerdotū ⁊ milites ⁊ do/
ctores legis eū ſubſannātes ⁊ exproꝛbā/
tes: ⁊ ſociū ſuum in idipm facientē ⁊ ta/
mē venerat vt deū ſua delicta ꝯfitēs: ſo/
cium icrepās: ⁊ omnes ei iniuriātes: nō
veritus ſeuitiā iudeoꝝ: ſeqꝫ ei humiliter
recōmendās ⁊ dicens: Memēto mei ⁊c̄.
Petrus apoſtolus ⁊ ceteri negāt: ⁊ po/
puli deridēt. ⁊ ipſe ipm cōmendat: ipm
regē fatet: ſe ſibi cōmendās. Jeſus autē
vt oblitus ſuarum penarū ipm cōfortat
de ſua ꝯuerſione ⁊ fide: ꝑmittens ei pre/
miū maximū. Hodie iquit mecuꝫ ⁊c̄. Et
de tāto laboꝛe ſue paſſionis qđ erat ſuffi
ciens preciū redēptiōis omniū. Nō ſolū
huius mūdi: ſed ⁊ mille ſi eēnt: ieſus nō
vidēs nunc ſeq fructū niſi cōuerſionis
vnius latronis: nec hūc minimū deſpi/
cit ſed ⁊ ipm colligit. Stabat autē iuxta
crucē mater ieſu ⁊ ſoroꝛ matris eius ma
ria cleophe ⁊ maria magdalene. Qđ re/
fert ſolus ioānes de matre ieſu ⁊ ipſo io
anne. Stabat doloꝛe anxiata: amaritu/
dine vulnerata: mente autē ⁊ intellectu
erecta ⁊ firmata in dei volūtate: quā ſcie
bat eē vt filius ſuus pateret pro redem/
ptiōe humani generis. Et cum oēs diſci/
puli ⁊ diſcipule cecidiſſent a fide ſue di/
uinitatis: ipſa ſola ſtabat in fide firma.
Et q: ſciebat ipm q patiebat eē dei filiū
inde maxime dolebat ꝙ tāta offenſa deo
facta. Et ſicut nulla mater vnꝙ̄ tātuꝫ di/
lexit filiū ſuum. Tū non ſolū q: vnigeni
tū: ſed q: ex ſe totū ſine patre generatū.
Tū q: optimū ⁊ ſanctiſſimū. Tū q: verū
deum: ita nulla mater vnꝙ̄ doloꝛē tātuꝫ
habuit de moꝛte filiȷ̄. Tūc fuit īpleta ꝓ/
phetia Symeonis dicētis: Tuam ipſius
animā ꝑtranſibit gladius: ipſi⁹. ſ. paſſio/
nis. Vn̄ doloꝛes quos alie mulieres ſu/
ſtinēt in partu: ſibi reſeruate fuerunt in
paſſione filiȷ̄: vt ꝯgruere ſibi poſſet illō
Pſal. Ibi doloꝛes vt ꝑturiētis. Nec vn/
ꝙ̄ aliqs martyr ſuſtinuit tātaꝫ penā in
ſuis toꝛmētis: ſicut virgo Maria iuxta
crucē filiȷ̄. Unde ⁊ pluſꝙ̄ martyr fuit vt
ait Hiero. Cū ergo vidiſſet ieſus matrē
ne videret eius oblitus: in hoc oſtēdēs
pietatē quā debēt filiȷ̄ exhibere parenti/
bus ⁊ ꝓuidere ꝓpoſſe cū ab eis diſcedūt
dixit matri ſue. Mulier ecce filius tu⁹.
Dicere noluit mater: ne ſic nominando
magis vulneraret doloꝛe coꝛ eius. Sed
mulier exꝓmēs ſexū: nō virginitatis viola
tōeꝫ. Ecce filius tuus. q. d. hūanitas illa
que cernit eſt filius tuus. q. d. humani/
tas per moꝛtem: ne ſola remaneas: ecce
Joannes erit filius tuus ꝓ me. Ipſe vir
go ⁊ virginē ſociabit. Nā tunc creditur



moꝛtuuꝫ fuiſſe ſponſuꝫ eius ioſeph: alr̄
non alteri eam ꝯmēdaſſet ꝙ ſponſo ſuo
ſi viuerēt: vt dr̄. xxvii. q. ii. Deinde dicit diſci
pulo. ſ. Joāni. lꝫ nō ſe noiet ſicut nec ali
bi cuꝫ de ſe loquit. Ecce mater tua. i. ha
beas eam ꝯmēdataꝫ vt matreꝫ. The/
ſaurum maximū quē in terra relinquo:
nulli alteri ꝙ tibi pre ceteris dilecto re/
linquo. Ecce mater tua. Et ex illa hoꝛa
accepit eam. ſ. Joānes in ſuā. ſ. matrem
vel curaꝫ. Incōparabilis certe iſta ꝑmu
tatio: qua dat marie diſcipulus ꝓ magi
ſtro: ſeruus pro dn̄o: riuulus ꝓ ſapiētie
fonte: nepos pro filio: creatura ꝓ creato
re. Et tn̄ acqeuit humiliter qđ filius in/
ſtituit. A ſexta autem hoꝛa vſqꝫ in nonā
vt referūt euangeliſte oēs: tenebre facte
ſunt ſuper vniuerſā terrā ſole. ſ. patiēte
eclypſim qđ naturaliter eē non potuit.
Nā eclypſis naturalis accidit ex iterpo/
ſitione lune iter ſoleꝫ ⁊ nos: cū eſt ſuper
noſtrū hemiſperiū ſol ipſe in curſu ſuo.
Tūc autē cū eēt luna qntadecima pꝛimi
menſis: q: ſcđm legē tunc ichoabat feſtū
azimoꝛuꝫ directe ex oppoſito erat luna
ad ſolē. Unde cum tūc ſol eēt hoꝛa ſexta
diei i medio hemiſperiȷ̄ noſtri. luna erat
in medio hemiſperiȷ̄ qđ eſt īfra nos ſeu
ſubtus nos. Unde nō poterat naturali/
ter eē eclypſis. Qđ cernens Dionyſius
ariopagita maximus philoſophus cuꝫ
tūc eēt in egypto qn̄ facta ē iſta eclypſis:
ꝑpendēs nō eē naturalē ingt. Aut deus
nature patitur aut totius mūdi machi/
na cito diſſoluet. ſecūdū autē nō accidit
adhuc: ſed bene pꝛimū īpletū eſt: q: ieſus
deus verus ⁊ homo paſſus eſt. Et tūc ab
athenienſibus fabricatū eſt altare in vene
ratione illius qui tūc paſſus eſt: intitulā
tes illud altare ignoto deo. Ubi etiam
alie eclypſatōes ſolis non durāt per ho/
ram: hec permāſit per tres hoꝛas. Ad lit
terā tanta erat iniqtas ⁊ crudelitas iu/
deoꝛum vt ipſe ſol quaſi non ferēs tātaꝫ
iniuriā ſui creatoꝛis ſe ſubtraheret radi
os ſuos ab eis ⁊ quaſi compatiēs moꝛti
eius tenebris vt nigro indueret. Spiri/
tualiter. Tātus fuit doloꝛ huius paſſio/
nis: vt ſol intelligētie noſtre eclypſetur
⁊ obſcuretur ad intelligētiam eius: nec
plene capere poteſt. Et ex imenſitate hu
ius doloꝛis clamauit magna voce ſcđm
Matth. ⁊ Marcū: Hely hely ⁊c̄. i. deus
meus deus meus vt quid dereliqſti me.
Que verba ſunt ſumpta oꝛiginaliter ex
Pſalmo. xxi. vbi dauid loquitur in per/
ſona xp̄i totū illum pſalmuꝫ de ſua paſ/
ſione. dixit enim. Deus meus reſpice in
me: quare me dereliquiſti longe a ſalute
mea: coꝛporali ſcꝫ faciunt me eē verba
delictoꝛū meoꝛuꝫ. Appellat autē delicta
ſua peccata mēbꝛoꝛuꝫ ſuoꝛum. i. humani
generis pro quibus patiebat. Dicit autē
ſe derelictū a deo: non quia diuinitas fo
ret ſeparata ab humanitate: q: nunquaꝫ
eam deſeruit poſtꝙ̄ aſſumpſit: ſed quia
ſubtraxerat potentiā ſuam non īpediē/
do illos ab illo opere ⁊ non liberādo eū
de manibus eoꝛū: ſed permittēdo facere
que eis placebāt erga ipſum. Uel etiaꝫ
dicit ſe derelictū a deo: eo ꝙ pars intel/
lectiua que etiā tunc fruebatur deo cuꝫ
ſūmo gaudio: nihil refrigeriȷ̄ ⁊ ꝯſolatio
nis influebat in ſenſitiuā. Et cū ex maxi
mis doloꝛibus eēt anxiatus ⁊ deſicca/
tus in ſpiritibus. Dixit quintū verbum
vt refert ſolus Joānes. Sitio. Sitiebat
autē non ſolū coꝛpoꝛaliter ſed ⁊ mētali/
ter ſūme cupiēs fructum ſue paſſionis
ad omnes extēdi: ac etiam virtutē eius
cōmunicari omnibus martyribus ⁊ ad
uerſa patiētibus ꝓ eo: vt merito ipſius
paſſionis patientes ⁊ foꝛtes redderent.
Et vt ait apoſtolus ad Heb. Orans cum
lachꝛymis. ſ. ieſus in cruce ⁊ clamoꝛe va
lido exauditus ē ꝓ ſua reuerētia: vt om
nes qui deuote ſuſcipiunt ſacramēta in
quibus virtus paſſionis remāſit ſaluteꝫ
cōſequatur. Cum aūt ſic clamaſſet: qui/
dam qui poꝛtabat vas plenū vino ace/
toſo qđ dicit felle vel mirra mixto ama/
riſſimo: itingēs ſpōgiam iplcuit liquoꝛe
illo amariſſimo. ⁊ īpoſita ſpongia cala/
mo de yſopo appoſuit oꝛi eius ad biben
dum. Quidā aliȷ̄ ex romanis miniſtris
qui non itelligebēt ydioma hebreū cum
audiſſent ieſuꝫ prius clamaſſe: hely hely
⁊c̄. Dicebāt illi qui offerebat ſpōgiaꝫ ad
bibēdum. Helyā vocat iſte. Sine ſi foꝛte
veniat helyas ad depōnēduꝫ eum. Sed
ieſus cū guſtaſſet noluit bibere propter
amaritudinē. Et īpleta ē ꝓphetia dauid

dicẽtis i pſona eius:Dederũt in eſcã me
am fel:⁊ in ſiti mea potauerũt me aceto.
Solebat iudei qũ aliq illa morte cõdẽ/
nabant portare vas optimi vini ad con
fortandũ.Sed nũc ad magis affligẽdũ
dederũt vinũ acetoſum felle mixtum in
quo ſignabant malitiaȝ ſuaȝ. populus
enim ille erat vt ſpongia vacua virtuti/
bus:cauernoſa ſimulationibus. plena
aceto frigide malitie.vbi prius in patri
bus fuerat vinum bonũ charitatis:⁊ mi
xto felle amariſſimo odij ⁊ inuidie. Et
iõ ieſus noluit bibẽ.i.incorpari in eccle
ſia ſua talem pplm:ſed abiecit a ſe.Cuȝ
ergo accepiſſet acetũ non quidẽ bibẽdo
ſȝ guſtãdo dixit:teſte ſolo Joãne.Cõſu/
matũ ẽ ſextũ verbũ.i.adimpletũ qd̃ pre/
nũciatum ⁊ figuratũ ẽ de mea paſſione.
Vñ ⁊ pcedẽtibus diebus cũ p̃dixit paſ/
ſionẽ ſuam aplis: dixerat: Ecce aſcẽdi/
mus hieroſolimã:⁊ conſumabunt oĩa q̃
ſcripta ſunt de filio hoĩs.Cum ergo ſci/
ret omnia impleta.dixit:Cõſumatũ eſt.
Et omnia illa ſacrificia in lege manda/
ta ⁊ multa alia cerimonialia hanc paſ/
ſionem figurabant.Jõ illis impletis om
nia illa ceſſauerũt ⁊ v̄tute caruerũt. Et
iõ dixit cõſumatũ ẽ verum ⁊ ſignatũ ſa/
crificiũ.Jn omnibus alijs ſenſibus i cru
ce fuerat afflictus.Jn tactu manibus ⁊
pedibus in quibus maxime viget clauis
cõfixis. Viſus videndo irriſiões iudeo
rum ⁊ crudelitates. Auditus: audiẽdo
cõtumelias ipſoꝝ ⁊ blaſphemias. Odo
ratus ſentiendo fetores cadauerũ que i
illo loco erant.Reſtabat ſolus guſtus il
leſus i cruce.Reliquũ corpus totũ erat
cruciatum ⁊ fractũ per flagella ⁊ coro/
nationem.Quia igitur primus adã cuȝ
mortificauit totum genus humanũ vi/
ſu offendit aſpiciendo lignum ſeu fru/
ctum eius quod erat pulchruȝ viſu. Et
veriſimile ẽ ꝙ odoriferũ erat ſentiẽs ol
factu.Auditu audiens verba ſerpẽtis
in iniuriam dei.Tactu quoqȝ cum tulit
de pomo vetito.Guſtu:cum ſenſit come/
dendo ſuauitatem cibi. Per quos ſen/
ſus velut per portas peccatuȝ intrauit
in mundum:decuit multiformis prodi/
toris diaboli ars vt artem falleret:⁊ me
delam ferret inde hoſtis hoſtis vnde le
ſerat.Jõ guſtata amaritudine potꝰ ait
Conſumatũ eſt.i.impleta ſolutio debiti
humani generis.Jnſuper ⁊ matrimoni
um contractum inter xp̄m ⁊ eccleſiam
initiatũ in patriarchis ⁊ pphetis.p pro/
miſſiones etiam iuratas:ratificatum in
eius incarnatione in cruce.per cuiꝰ vir/
tutem eccleſia mundata vincta eſt xpo:
conſumatũ ẽ.Et ibi oſtenſa ẽ maxie ple/
nitudo ſue ad nos dilectionis:que eſt fi/
nis oĩs cõſumationis ſcd̃m pſal.¶ De/
mũ inclinato capite dicens:Pater i ma
nus tuas comendo ſpũm meũ.Quod fu
it ſeptimũ ⁊ vltimũ verbum:vt teſtat ſo
lus Lucas.Tradidit ſpũm.i.animã ſuã
que tunc ſeparata a corpore eſt ⁊ ſociata
deitate.ad limbum patrũ deſcendit.Co
mendo inquit in manus tue poteſtatis:
ad carnem reaſſumendã. Jn manus tue
miſericordie ⁊ benignitatis ad viſitãdũ
animas que erant in penis tenebraꝝ.Jn
manus tue voluntatis:vt ſemper tibi ſo
ca deſeruiat. Et hoc quidem verbũ ſum
ptum ex p̃s.vbi ait. Jn manus tuas co/
mẽdo ſpũm meũ redemiſti me dñe deus
veritatis.Quod ſic videt exponendũ.
O dñe qui es deus actor veritatis:tunc
redemiſti.ſ.morte tua qua dixiſti:Jn ma
nus tuas commendo ſpiritum meũ:re/
demiſti me domine deus veritatis. Ver
bo igitur predicto terminato cũ valido
clamore emiſſo ⁊ inclinato capite xp̄s
mundi redemptor emiſit ſpiritum.Su/
per quo Ber.ait.O bone ieſu quid tibi c
morti:nos peccauimus ⁊ tu luis:nos de
bemus ⁊ tu ſoluis:nobis debebant fla/
gella ⁊ afflictiones eterne:⁊ tu p nobis
traditus flagellari voluiſti:vt nos a fla/
gellis eternis miſericorditer liberares.
Eternam demerueramus mortem:⁊ tu
p nobis mori dignatus es. Hec ille. Et
tunc impleta ẽ pphetia Yſa.liij.dicẽtis
qui tradidit aiam ſuam in morte ⁊ cum
ſceleratis deputatus eſt:⁊ ipſe peccata
multorum tulit.Si quis igitur a virgie
glorioſa quereret.Quo abijt dilectꝰ tu/
us:vtiqȝ reſpondere poterit quod abi/
it.Ad ſententie mortis in crucis pati/
bulo executionem.



## Sexto et vltimo abijt

dilectus virginis Marie ad ſui corpo/
ris i alieno monumento repoſitionem.
Nam ſpiritu chriſti a ſuo corpore emiſ/
ſo.tunc omnia inſenſibilia viſa ſunt cõ/
pati ⁊ dolere de morte dñi ſui. Nã terra
mota ẽ petre ſciſſe ſunt. Velum templi
quod erat ante ſancta ſanctorum: diui/
ſum ẽ a ſummo vſqȝ deorſum:vt pateret
ſancta ſanctorũ ſignãs regnũ celeſte pri
us nobis clauſum iam reſeratum. Te/
nebre facte ſunt ſuper vniuerſam terraȝ
monumẽta aperta ſunt.Et vt ait Mat
theus.per preoccupationẽ tamen mul/
ta corpora ſanctorum ſurrexerunt: qd̃
vtiqȝ fuit factum non tũc ſed xp̄o reſur/
gente.Et venerũt in hieruſalẽ ⁊ appa/
ruerunt multis:referentes (vt pie credi
põt) de diuinitate chriſti ⁊ redemptõne
humani generis facta per eius paſſiõeȝ
⁊ de viſitatõe patrum in limbo.Multi
aũt ex ſimplicioribus iudeis vel gentili
bus videntes huiuſmodi ſigna compũ
cti ſunt.Et reuertentes ad penitentiam
percutiebant pectora ſua.cõfitentes.ſ.pec
catum ſuum qd̃ cõmiſerant in coopãdo
paſſioni chriſti dicentes:Vere hic homo
iuſtus erat.Centurio aũt qui miſſus fue
rat a pilato ad exequendam iuſticiam:
⁊ ipſe compunctus dicebat. Vere filius
dei erat iſte. Cum autem ſero fieret: ne
corpora illa remanerent in crucibus die
ſequenti ſabbati qui erat ſolemnior inter
dies illius feſti.⁊ ſic videret feſtum de/
honorari:acceſſerunt ad pilatum iudei
poſtulantes vt poſſent eos qui in cruce
erant crurifragio occidere ⁊ inde deponẽ
Quod cũ cõceſſiſſet ei pilatus:venerunt
miniſtri eius.Et cum adhuc latrones i
cruce viuerent:fregerunt crura eoꝝ.Ex
qua cõfractione oſſium ex vehemẽtia do
loris mortui ſunt.Ex quibus anima eiꝰ
qui erat a dextris:qui vulgariter dicit
nuncupatus.Diſmas:deſcendẽs ad lim
bũ patrum fuit ſubito glorificata ex vi/
ſione diuine eſſentie cui vnita erat xp̄i
anima:⁊ ſic habuit paradiſum ſibi pmiſ/
ſum.Alter latro dictus Geſmas impeni
tens mortuus:deſcendat ad locuȝ dãna
torum.Jn quibus duobus latronibus
figurati ſunt omnes homines electi ⁊ re
probi.Omnes enim furati fuimus i pri/
mis parentibus ſcd̃m virtutẽ ſeminalem
exiſtentes diuinitatẽ quãtũ i eis fuit cũ
eis dictuȝ fuit a ſerpẽte.Eritis ſicut dij.
Hoc affectantes voluerũt ait Aug. rape
diuinitatẽ ⁊ pdiderunt felicitatem. Et
ppter iſtam rapinam omnes dãnatur
ad crucem ⁊ penalitatem huius vite ⁊
mortem. Sed cum hac differentia:quia
reprobi patiuntur crucẽ ſuarum penaꝝ
ſed ſine fructu ſalutis:quia non eos pe
nitet:neqȝ ſe recognoſcunt:ſed deũ vita
ſua blaſphemant:⁊ ideo dãnantur.Ele
cti aũt cõfitentes peccata ſua ⁊ ſe deo hu
miliantes:ad gloriam perueniunt:nõ vir/
tute ſua ſed miſericordia xp̄i virtute paſ
ſionis eius.Qui vt ſerpens eneus.i.ſine
veneno peccati:ſed carneȝ ſimilẽ nobis
peccatoribus hĩs ſuſpenſus fuit i ligno
crucis:ppter debitũ furti nr̃i ſoluendũ
Juxta illud p̃s.lxviij.Que nõ rapui (in
quit ieſus) tũc exoluebã.ſ.in cruce.Vñ
apls ad Phil.ij.Cum in forma dei eſſet
ſ.ieſus.i.verus deus:non rapinaȝ arbi/
tratus ẽ eſſe ſe equalem deo.ſ.ipſe iquã/
tũ hõ ſicut primi parẽtes:ſȝ ſemetipȝ exi
naniuit factus obediens vſqȝ ad mortẽ:
mortẽ autẽ crucis.Cũ aũt veniſſent ad ie
ſum videtes eũ mortuum: non eius cru/
ra fregerunt vt impleret ſcriptura in/
quit Joãnes que habetur Exodi.xij.de
agno eius figuratiuo.Os non cõminue/
tis ex eo.ſed vnus militum illoꝝ genti/
lium lancea ſua directa contra latꝰ eius
tranſfixit magnuȝ vulnus infigens:⁊ cõ
tinuo ex latẽ eius exiuit ſanguis ⁊ aqua
vt teſtatur Joãnes ſolus.impleta ẽ illa
pphetia zacha.xij.Videbũt in quẽ trãſ
fixerunt.Hic dictus ẽ longinus qui po/
ſtea cõuerſus ad fidẽ martyriuȝ pro xp̄o
ſuſtinuit.Dicunt etiaȝ aliqui ꝙ cũ eſſet
cecutiens.i.parum vel nihil videret: ex
ſtilla ſanguinis tangẽte oculos eius:ſu/
bito perfecte vidit. Ex his etiaȝ oſtenſa
eſt vera humanitas chriſti nobis ſimilis
Vñ ⁊.i.Joan.v.dicitur .Tres ſunt qui
teſtimoniuȝ dant in terra ſcilicet de xp̄i
humanitate vera homo autem de terra
originaliter.Spiritus:aqua ⁊ ſanguis.
quod chriſtus habuerit ſpiritum ideſt

aiaꝫ pꝫ:qꝛ inclinato capite vt dictū ē tra
dit ſpūm.ſ.deo cōmēdās ipꝫ ſpūꝫ.i.aiaꝫ
ſuā. Aqua aūt ꝛ ſanguis que exierūt de
latere.qui ſunt duo humores in corpore
nr̄o magis noti ꝛ copioſi oñderūt corp⁹
ſuū verꝫ eē nō fantaſticū:qꝛ tale nō habꝫ
ſanguinē neqꝫ aquā. Et ſpūaliter ſignat
ſacra eccle:eo ꝙ virtutē hūt ex paſſione
xp̄i. Nā baptiſmus q̄ ē primum ſacroꝝ ꝛ
maximū in effectu ſignaꝰ in aqua. Eu/
chariſtia q̄ ē vltimū ꝛ finis alioꝝ ſacra/
mētoꝝ ꝛ maximū in eē:innuiꝰ in ſanguie.
Unde Chry. Ut hinc ſumūt initiū ſacra
celeſtia:vide vt ſicut a xp̄i coſta bibitur⁹
accedas.ſ.ad ipſa. Quidā aūt ex iudeis
nobilis decurio ꝛ diues ab arimathia ci
uitate oriūdus.i.ramatha diſcipulus ie
ſu:qui nō cōſenſerat actibus ꝛ cōſilio iu
deoꝝ de morte ieſu:ſꝫ cōtradixerat poti
us. Hic acceſſit ad pilatū ꝛ petijt ſibi da
ri corpus ieſu.vt.ſ.deponē poſſꝫ de cru
ce ꝛ ſepelire. Pilatus aūt miratus ꝙ ita
cito obijſſꝫ:accerſito centurione q execu
tor fuerat iuſticie ſi res ita ſe hēret.ꝯper
to hoc eē dedit illi licētiā deponēdi. Uñ
veniēs cum nichodemo legiſperito qui
diſcipulus occultus erat ieſu ꝛ ad eum
nocte venerat ꝑ informatōe ſui circa eū
Depoſuerūt eū de cruce clauis euulſis.
Quis aūt hēre dubiū pōt quin mr̄ corp⁹
eius depoſitū ſuſcepit in gremio ſuo in
brachijs ſuis:ꝛ nūc caput ſpinis pforatū
nūc manus ſanctiſſimas quaꝝ tactu in
firmi ſanati fuerant aſpiciens clauis p/
foſſas.nūc pedes qui quotidie diſcurre/
bant ad querēdaꝫ hoīum ſalutē.nūc la/
tus lācea aptū copioſiſſimis lachrymis
pfundebat. Sꝫ ꝛ maria magdalena ad
cuius pedes remiſſionē peccatoꝝ accepe
rat.nō oblita bñficij magiſtri ſui illos la
chrymis irrigabat.ꝛ alie marie ꝛ diſci/
pule ieſu. Et qḋ dicit Luc.ſtabant a lōge
noti eius ꝛ mulieres ꝛc̄.priuſquā in cru
ce pateret locū habuit. A pricipio qdem
ſtabat iuxta crucē mr̄ ieſu ꝛ ioānes. ſed
poſt verbū ad eā.ecce filius tuus ꝛc̄.mul
titudine ſuccreſcēte elongati fuerunt a
cruce mr̄ ꝛ alij noti. Demū qꝛ nox appro
pinquabat ioſeph ꝛ nichodemus afferē
tes myrrhe ꝛ aloe mixturas libras cētū
ad cōdiēdū corpus ieſu.qḋ ſeruabat in

corpibus hoīum nobiliū ad pſeruandū
a corruptiōe:inuoluētes corpus ipſm in
ſyndone mūda.i.lintheaminibus ꝛ ſu
dario poſito ſup faciē eius ſcḋm morem
iudeoꝝ.poſuerūt eū in monumēto no
uo ipſius ioſeph i petra exciſo i quo nō/
dum quiſquā poſitus fuerat.qḋ monu/
mētū erat in quadā ſpelūcha cuiuſdaꝫ
horti iuxta montē caluarie vbi crucifi/
xus fuerat.ꝙ alij euangeliſte narrāt ſo/
lum de ioſeph nō ē cōtrariū ei qḋ dic io
annes ꝛ de nichodemo. Sꝫ qḋ illa tacue
runt iſte expſſit ait Aug. Et qḋ alij dicūt
de ſyndone ioānes de lintheis ſcripſit.
Qualiter aūt corpus xp̄i ſepulture da/
tum fuerit pie ſic poſſumus cōtemplari
Dū ioſeph ꝛ nichodemus vellēt eū in ſe/
pulchro ponē poſtulabat meſtiſſima mr̄
ſepeliri cū illo. Amplexabaꝰ filiū ſuū in
explicabili amoris dulcedine deoſculās
illū ꝛ dicēs teſte. Aug. in li. de paſſiōe do
mini. Quid feciſti inqt fili chariſſime q/
re te iudei crucifixerūt.ꝛ cā mortis tue.
cōmiſiſti ne ſcelus vt tali morte pires.
non fili nō.ſꝫ ſic nos redimē dignatus
es ꝛ mō te mortuū in gremio teneo.vbi
ē gaudiū illud indicibile qḋ i tua natiui
tate habui.dic fili chariſſime. dic amor
vnice.vita aīe mee.ſingulare gaudium.
vnicū ſolatiū quare me ſic in dolore pe
mittis.cur tam lōge factus es a me.mi
nate tu mihi pr̄.tu mihi ſponſus.tu mi
hi filius.tu mihi oīa eras. Nūc orbor pa
tre.viduor ſponſo.deſolor ple. quid fa/
ciam.quo vadā.quo me vertaꝫ dulciſſi/
me.qs mihi ſolatiū pſtabit. O fili mi q̄
dura ꝛ amara ē tibi humani generis re
dēptio ꝑ qua tn̄ patri ꝛ tibi grās ago.
Hec Augu.in forma. Tādē nichodemo
ꝛ ioſeph ceteriſqꝫ q aderāt volētib⁹ cor
pus xp̄i de manibus virgis auferre ꝛ ſe
pulture tradē dicebat illud qḋ cantat
eccl̄ia:Tollētibus occiſum vobis grās
agam.ſuſtinete modicū vt natū meū tā
gam. Cōplectar nūc filiū deoſculer ꝛ plā
gam illū ſaltē mortuū amplexibus con/
ſtringam. Et illud Job.xix. Miſeremi/
ni mei miſeremini mei ſaltē vos amici
mei. Illum adhuc paululum relinquite
mihi vt faciē eius ſubtracto velamine va
leā cōtēplari vt vidēdo aliquātulū poſ/



ſim ꝯſolari. Poniꝰ tandē dñs in ſepul/
chro ac reuoluiꝰ lapis ſuper illud.lapi/
dem ſepulchri maria āplectiꝰ ꝛ deoſcu/
latur ac madefacit irriguo lachrymarū
fonte meſtiſſima mr̄ ac genuflēctēs ꝛ fili
um adorans oi corde ꝛ qua potuit voce
filiū benedixit. O quis enarrare valeret
magdalene gemitus ꝛ ſingultus:ac cor
dis dolorē cum extinctum cernebat ꝛ in
ſepulchro ponebat quē diligebat anima
ſua. Cū aūt in his diutius moraret me/
ſtiſſima mater vſqꝫ ad completorij ho/
ram. Acceſſit ioānes cui eam cōmenda/
uerat xp̄s lugēſqꝫ ꝛ ipſe multū.non enim
poterat ſe cōtinere leuauit eā lugenteꝫ.
nam cruciata gemitibus.fatigata dolo
ribus.afflicta ploratibus.pedibus ſtare
nequibat. Attēde aīa mea q̄ dure iacula
tionis aſpectus maternus cōtuitus pre
bet quādo a ſepulchro filij doloroſe auul
ſa pallens facie aſperſa ſanguine cum
anhelοſis ſuſpirijs ꝛ gemitibus interru
ptis ac fletibus lachrymoſis verſus ciui
tatem reduciꝰ adiuta manibus fideliuꝫ
mulierū vertebat ſe ſepius meſta mater
dū tardo greſſu rediret hieruſalē ꝛ locū
in quo extinctū filium reliquerat ꝑſpi/
ciens gemitus renouat. Interim cū por
te ciuitatis appropinquaret forte,pcurā
tibus ſororibus mr̄is dei portata ſūt ve/
ſtimenta ꝛ capitis vela noue ꝛ meſte vi/
duitatis.que illam induerūt:ꝛ caput ei⁹
velauerūt. Cū aūt hora iam tarda ingre
deretur hierl̄ꝫ ploratibus cunctis femi
ne multe ſentiētes ploratus.accurrētes
pietate more ſup tam afflicte mr̄is dolo
re:ad luctū cōuertebanꝰ amaꝝ.ꝛ illaruꝫ
quedā ſequētes eaꝫ cū illa vberrime plo
rabant. Tā pie plorabat ꝛ tā amare do/
lebat beata virgo ꝙ vix poterat cōtine/
re lachrymas quicūqꝫ videbat vel ſentie
bat eam.fiebat luctus quocūqꝫ trāſibat.
plorabat ipſa.plorabant ꝛ ābulantes cuꝫ
ea. plorabant multe venientes obuiam
ei.ſic tandē deduciꝰ a plorantibus quo/
uſqꝫ vētum ē ad domū in qua quādoqꝫ
cū filio ſuo reſidere ſolebat.quam cū in
greſſa eēt rememorans loca domus in q
bus cū ea fuerit cōuerſatus filius ſuus
renouabat ploratus ꝛ vlulatus lachry/
mabiliter dicens:Heu me dolenteꝫ: vbi

eſt nunc filius meus dilectus. vbi amor
meus.vbi honor meus.vbi ē lumē ocu/
lorū meorū.vbi corona capitis mei. vbi
es tu gaudiū cordis mei.vbi es vita mea
vbi es affectus meus.vbi ſolatiū meuꝫ.
vbi ſpes aīe mee ieſu fili mi. O fili mi ie/
ſu. O amor meus ieſu. O ſpes mea ieſu.
Nec erat qui eaꝫ cōſolari poſſet ex oib⁹
caris eius.ſicqꝫ impleta ē figura Thob.
x.vbi diciꝰ. Flebat igiꝰ mater eius irre/
mediabilibus lachrymis atqꝫ dicebat.
Heu me fili mi. Accedētes aūt principes
ſacerdotū ꝛ phariſei ad pilatū dixerunt
Dñe recordati ſumus ꝙ ſeductor ille ad
huc viuēs dixit.poſt tres dies reſurgaꝫ.
Iube ergo cuſtodiri ſepulchrū vſqꝫ ad
diem tertiū ne forte veniant diſcipuli ei⁹
nocte ꝛ furenꝰ eū:ꝛ dicant plebi. ſurre/
xit a mortuis.ꝛ erit error nouiſſim⁹ pe/
ior priore. Quibus ait pilatus. Habetis
cuſtodiam. Ite ꝛ cuſtodite ſicut ſcitis.
Illi aūt abeūtes ſignauerūt lapidē.ſ.cū
ſigillo ꝛ dimiſerunt ibi cuſtodes vt cu/
ſtodirent ne quis ipſm raperet. Marie aūt
ſorores matris ieſu cū magdalena poſt/
quā corpus eius fuit in ſepulchro collo/
catū vt dictum eſt.qḋ ſemp erat deitati
vnitū.illo ſero emerūt aromata precio/
ſa ꝛ cōpoſuerunt vnctionē precioſaꝫ vt
vngerent poſtea corpus ieſu tāquā ho/
minis ſanctiſſimi ad ipꝫ conſeruanduꝫ
nō credētes eū deū eē. Et ſabbato quidē
ſequēti quo corpus xp̄i iacuit in ſepul/
chro ſiluerunt ꝑpter ſolēnitatē ſabbati
expectantes dñicū diē in quo quid fece/
rint ipſa die dño fauente declarabiꝰ. Si
ergo queraꝰ a virgīe glorioſa. Quo abi/
it dilectus tuus. Reſpōdere poterit ad
ſui corporis in alieno monumento re/
poſitioneꝫ.

¶ Finit ſermo de paſſione.

¶ Incipit ſermo de planctu beate Ma-
rie virginis.

Tabat iuxta
crucē mat̄ ieſu. Joan.
xix. Tāta ē pietas hu
ius virgis matris. nō
ſolū erga filiū natura
liter iuxta cuius cru-
cem ſtabat. ſed ⁊ erga
filios ſuos adoptōis: tanta facultas ipe
trandi quod velit apud deū patrem vt
ſermocinātes quiq; nutrices populorū
non aliūde confidāt lac doctrine p eos
propinādum niſi meritis eius ⁊ pcibus
pcuratū. Ad quod efficiēdum cythara
dulciſone ſalutatōis ad eam vtuntur.
Sed cōſuetudo eccleſie cum de paſſiōe
filij eius ieſu eſt ſermo: pdicāti dicere vi-
detur illud qđ heliſeus ppheta ait gie-
zi diſcipulo ſuo de ſunamite morte vni-
geniti ſui deploranti. iiij. Regū. iiij. ſ. di-
mitte eā. anima enim eius in amaritudi
ne eſt. quaſi diceret nō ſalutes. Nam cy-
thara illa angelice ſalutatōis in luctuz
verſa apparet. nā quomodo aue ei dices
ab a qđ eſt ſine ⁊ ve deriuatū que dolori-
bus plena eſt vt dicere valeat illud Mi
chee. vij. ve anime q: defecit timoratus a
terra filius meus quē impleuit ſpiritus
timoris dn̄i. Mariam apte nuncupare
nō poſſumus pꝛut domina vel illumina
trix iterpretat̄: cum ſatis obſcura quaſi
luna eclypſata ieniat̄. Nolite ergo vo
care me noemi. i. pulchrā: ſed vocate me
mara. i. amarā: q: amaritudine repleuit
me dominus. dicere pōt cum illa noemi
que de felicitate ad infortuniū deuene-
rat ruth nō gratia plena ſed vacua iudi
cor hodie. flectā enim genua mea ad pa-
trem domini mei ieſu vt miſereatur filij
cōmunis ⁊ me nō audit. deprecor ieſum
filiū vt ſuis verbis mellifluis me ꝯſolet̄
mihi nō loquitur niſi illud. Ecce filius
tuus. qđ verbū vt gladius pertrāſit ani
maz meā cum pro magiſtro ⁊ filio mihi
dat̄ diſcipulus: iudeis ſupplicio vt amo-
do filio meo compatiātur ⁊ ipſi cōtume
lias ⁊ ſubſannationes adiūgunt. mortē
inuoco vt poſt filiū non ſuperſtes rema-
neaz ⁊ fugit a me. iuxta crucem ſita ad
ipſaz clamo flecte ramos arbor alta ten-
ſa laxa viſcera vt deoſculer filiū meum
⁊ rigida ⁊ imobilis perſeuerat. diis tecū
vtiq; in me vſq; diis filius fuit mecū me
confortās me reficiēs ⁊ ego tecū ipſū ſe
quens verba eius dulciora ſup mel ſa-
uuz audiēs miracula eius vidēs: ⁊ glo-
riam dei ex eius opibus magnificari p-
ſpiciēs: nūc autē me reliquit animā cor-
pore egredientē patri recōmēdans. Be-
nedictā me in mulieribus angelus dixit
que nunc infelicior cūctis mulierib⁹ in-
uenior. Nā que mater vnq̄ fuit que in p-
ſentia filij ꝯſtituta anguſtijs ⁊ afflictōi-
bus circūdari nō valuerit vel in aliquo
refrigeriū preſtare. Audio eū ad mortē
vſq; ſitientē ex maximis penis nec potū
aque frigide porrigere valeo: ſed video
ſpongiā aceto plenaz ⁊ felle ad os eius
apponi. Et ſi felix fui ⁊ bñdicta in mulie-
ribus in partu eius nō ſentiēs dolorem:
ſed mihi video reſeruatos ⁊ nūc adau-
ctos quos nulla mater tantū dolorē vnq̄
ſenſit in partu filij ſicut nūc ego in paſ-
ſione xpi. Sed nec martyr aliqs vel alius
qui in ſuis varijs cruciatib⁹ vnq̄ tantā
penā paſſus eſt vt nūc ego. Eſt ⁊ nec bene
dictus fructus ventris mei ieſus cui om-
nes maledicūt iudei ⁊ gētiles. vnus eū
appellat malefactorē: alius ſeditioſum
alter blaſphematorē. multi ambitioſū
regnum vſurpare volentē: reliqui men-
dacem aut ſeductorē vt vermis ⁊ nō ho
mo opprobriū hoīum ⁊ abiectio plebis
eſt effectus. q: ⁊ ſecūdū legē maledictus
omnis qui pēdet in ligno. i. ſtamis. Et
quo ergo in luctū cōuerſa appet cytha-
ra illa angelice ſalutatōis dimitte eā vt
non ſalutes: ſed nihilominus eū iux-
ta crucē maneas: ipſam meditādo ipſaz
adorādo: ipſam ſalutādo: ⁊ eius auxiliū
implorādo ⁊ dicēdo: O crux aue ſpes vni-
ca hoc paſſiōis tēpore: auge pijs iuſtitiā
reiſq; dona veniā. Stabat igit̄ iuxta cru
cez mater ieſu. in qbus verbis tria poſ-
ſunt notari de virgine maria. ¶ Sancti
tatis excellētia icomparabilis. Stabat.
¶ Penalitatis eminētia ieffabilis. iux-
ta crucē. ¶ Propinquitatis attinētia vene
rabilis. mr̄ ieſu. ¶ Quātū ad pmū eſt di
cē. Stabat. Reperimus i ſcripturis ſtare



dici de creatore ⁊ de creatura ſꝫ aliter ⁊
aliter. Nā ſtare de creatore dicitur ppter
imutabilitatē. de creatura aūt ppter vir
tuoſitatem ſiue ſanctitatē. Stat ad iudi
candū dn̄s dicit Yſaias de deo vero: q:
etiam deus ait per Joannez Apoca. iij.
Ego ſto ad oſtiū. i. anime ⁊ pulſo. i. iſpi-
rādo ⁊ illuſtrando intellectū q eſt oſtiū
anime. ſiqs aperuerit mihi iannā hic ac
ceptando: intrabo ad illā per gratiā ce-
nando cum illo ⁊ ipſe mecū precipue de
agno aſſato in cruce igne charitatis refi
ciendo. in his tamē ego ſto ſemper imo-
tus ⁊ inuariabilis. Ego eniz deus q non
mutor dicit ipſe Malach. iij. Creatura
vero ſtare dicit̄ cū iuſte ⁊ ſancte viuit nō
cadēdo in peccata. Unde Eccī. ij. dicit̄:
Sta in iuſtitia ⁊ timore. i. non cadendi
ſecundū illud apoſtoli. Qui ſtat ſcilꝫ in
virtute videat ne cadat. Et Boe. de deo
ait: Stabiliſq; manēs dat cūcta moueri
Stabat ergo beata virgo maria nō iſen-
ſibilitate vel imutabilitate ſed ſanctita-
te. ⁊ hoc tripliciter. ¶ Stabat fide leua-
ta. ¶ Stabat peccato ñ iclinata. ¶ Sta
bat dei voluntati cōformata. ¶ De pmo
dicit apoſtolus Roma. xi. ō quolibet fide
li. Tu fide ſtas. Prima eiz rectitudo mē-
tis eſt vera fides fundamētuz virtutuz.
tempore quidē paſſionis omnes apoſto
li ⁊ diſcipuli xpi qui prius ſtabāt fide ele
uati ad xpm credendū: non ſolū verum
hominē ſed ⁊ verū deum. vnde petrus p
omnibus dixerat. Tu es chriſtus filius
dei viui. Matth. xvi. Omnes pſtrati ſūt
in īfidelitatē. Et ſicut cū captus fuit xps
in horto a iudeis omnes corpore ab eo
fugerūt vt dicunt euāgeliſte: ita ⁊ mente
credentes quidē eum eſſe verū hominez
ſanctū ⁊ iuſtum viruz prophetā in ope-
re ⁊ ſermone; ſed non verū deum cernen
tes paſſionē eius tā ignominioſā. Quā-
uis enim Petrus ⁊ Joannes poſt fugā
reuerſi ſunt ad eūdem poſt magiſtrum
captum. Petrus tamē ſequebat̄ eum a
longe ne agnoſceret̄ vt diſcipulus. qn̄-
imo ⁊ ipſuz cuz iuramēto negauit ſe no
uiſſe. Joānes ⁊ ſi vſq; ad crucez ſequu-
tus. iuxta crucem ſtabat corpore. a lōge
tamen mente: nec ipſe agnoſcens diuini
tatem. Sola beata virgo ſtabat fide ele-
uata ⁊ fixa: de eius diuinitate expectās
indubie ſuam tertia die reſurrectionem
vt merito dicatur maris ſtella a ſtādo. ⁊
lumen fidei mūdo naufrago retinēdo.
In huius ſignū triduano officio domi-
nice paſſionis cum quindecī cādele ac
cenſe firmētur ante altare paulatim ⁊
ſucceſſiue omnes extinguūtur ſola vna
accenſa abſcōditur que poſt officiū om-
nibus profert̄ ad illuminādū. Quinde
cim candele accēſe ſignificāt. xij. apoſto-
los ⁊ tres marias: magdalene: ſalome ⁊
alphei. que pre ceteris cū apoſtolis vide
bātur fide illuſtrate ⁊ firmate. ſed in illo
triduo oēs extincti ſūt lumine fidei dei-
tatis xpi. ſolū in virgine remāſit lumen
fidei occultū. quod poſtea omnibus pa-
tefactū eſt ad omnes ſuo exēplo illumi-
nandū. Et hinc eſt q non acceſſit mane
dn̄ica ſue reſurrectōis ad monumētum
cuz prefatis marijs: non quia minus ar-
deret amore ad filiū: ſꝫ quia expectabat
euz reſuſcitatū ſe viſurā ante oēs. ideo
nō querebat viuentē cū mortuis vt ille.
¶ Quantū ad ſecūduz ſtabat a peccato
nō inclinata nō iacebat nō ſedebat: non
curua erat: ſed ſtabat. iacet quis i pecca-
to per prauā operationē: ſedet p mentis
ꝯſenſionē. inclinat̄ per ſenſualē delecta
tionē. oēs nos cecidimus quaſi foliū. i.
a perfectōe virtutū. ſaltē quo ad cōpla-
centiā ſenſualē vbi conſiſtit veniale. Nā
vt ait beatus Aug. lib. de natu. ⁊ gratia.
Si oēs ſācti ⁊ ſancte iterrogati fuiſſent
dū hic viuerēt vtrū peccatū haberēt: om
nes rn̄derēt illud Joā. in canonica. Si
dixerim⁹ q: peccatū non hēmus veritas
in nobis nō ē. Excepta hac ſancta virgi
ne de q̄ cū de peccatis agit̄ nullaz prorſus
ō ea volo hērī mētionē. Nō ergo cecidit
nec in veniale. ō quo ſalomon. Septies
in die cadit iuſtus ſꝫ ſemp ſtabat. ad qđ
ēt hortabat̄ apl's diſcipulos dicēs: Sta-
te ergo ſuccincti lūbos veſtros i verita-
te: ne delectatio venialis ſit in vobis pro
poſſe. Et tñ cū btā vgo fuerit imunis ab
oī pctō voluit deus ipaz expiri tātā paſ
ſionē in morte filij: quātam nullus vnq̄
martyr ſuſtinuit in ſua paſſione: vt dicit
btūs hiero. Hinc diſcas ñ turbari: ñ mi-
rari ſi vides ſctōs ⁊ ſctās multa aduerſa

ſuſtinere in mūdo:ſed itellige verbū Sa
lo. in puerbijs. Quez diligit deus corri/
pit ⁊ flagellat omnē filiū quem recipit.
Naz vt dicit apoſtolus Rom. viij. Pro/
prio filio ſuo non pepercit:ita nec matri
eius cū tamē nullū haberet peccatū. Et
ſiquis bene ꝯſideret iueniet ꝙ qui acce/
ptior fuit deo ⁊ ſanctior:ille magis affli/
ctus eſt in mūdo:nō quidē ad purgatio
nem peccatorū que habeat:cū nullū ha/
buerit btā virgo. ſed ad maius meritū
⁊ premiū cōſequēdū. Sta ergo ſupra pe
des tuos dicit dñs Ezech. ij. cap. Super
affectus ne cadas. ¶ Quātū ad tertiū
ſtabat beata maria firma volūtati dei cō
firmans ſe ad quod hortat apoſtolus fi/
deles Phil. iiij. Sic ſtate i domino cha/
riſſimi ſcꝫ conformādo vos dei volūtati
Sciebat beata virgo ꝙ dei volūtas erat
filiū ſuum pati ⁊ ꝓpter hoc in mūdū ve
nerat ⁊ ſcripture que ſibi ſatis note erāt
hoc prenūciabāt que falli non poterāt.
Et cū in omnibus requiē quereret vt de
ipſa canit que nō aliter vere queritur ⁊
poſſidet niſi ꝯformādo ſe diuine volun
tati ſecūdū rationē. ideo ſtabat nō mur/
murabat ꝙ filius inocētiſſimus patere/
tur. non blaſphemabat iudeos ꝙ ab eis
quibus tot bñficia fecerat tam crudeli/
ter tractaret. Non vindictā a deo pete/
bat ꝙ illi a terra viui abſorberent vt me
rebātur. non capillos vel vultū ſcinde/
bat:quia vidua ⁊ ſine filio ꝯſolatore re/
manebat. Sed ſtabat verecūda: ſmode/
ſta:lachrymis plena:doloribus imerſa.
Miſer. O dña quos fontes lachrymarū
dicā erupiſſe de pudiciſſimis oculis tu/
is cum attēderes vnicū tuū innocētem
corā te flagellari:ligari:mactari:⁊ carnē
de carne tua ab ipſis crudeliter diſſeca/
ri. Et tamē ita diuine volūtati cōformis
fuiſti:vt ſaluti humani generis auidiſſi/
ma eſſes vt dicere audeā ꝙ ſi nullus fu/
iſſet reptus qui filiū crucifigeret ad hoc
vt ſequeret ſalus hominū:⁊ adimpleretur
volūtas dei ſecūdū rationē ſi oportuiſſꝫ
ipſe poſuiſſet ſe i cruce. Neqꝫ eniz credē
dum eſt minoris fuiſſe pfectionis ⁊ obe/
dientie ad deum ꝙ̄ abrahaz: qui ꝓprium
